Ὀχήσατο κύμασιν Ἑρμῆς, vectus eſt in fluctibus Mercurius, ſicut larus natare ſolet: er ward auf den Wellen getragen. οἱ δὲ ἵπποι ἀλεγεινοὶ ὀχέεσθαι ἄλλῳ ἢ Ἀχιλλῆϊ, iſti enim equi ſunt difficiles ad onus & ſeſſorem ferendum alium quam Achillem: ubi eſt Paſſive, pro ἡνιοχηθῆναι, currui jungi & regi ſub curru. *Il.* Κ. 403. ſic & *Il.* Ρ. 77. geritten oder vor den Wagen geſpannet zu werden. Poſſis & in ſignificatu verbi Medii aptius intelligere: difficiles ſunt præbere ſe ad portandum aut vehendum alteri alicui quam Achilli; & iſta expoſitio eſt verior. αἳ δὴ νηυσὶν ὀχήσονται, quæ (uxores Trojanæ) ſane navibus avehentur: ubi manifeſtus eſt ſenſus Paſſivus. *Il.* Ω. 731.

v. 56.

Βὰς, aſcendens.

Ἰοειδὴς, *ponti* Epith. *Il.* Λ. 298.

Ἠπειρόνδε, ad littus, ad continentem: εἰς τὴν γῆν. *Schol.* ἤπειρος, *Od.* *Α.* 162.

v. 57.

Ἤϊεν, Ibat. ἤϊα, *Od.* Δ. 427.

Ὄφρα, donec.

Σπέος, *Il.* Δ. 279.

Τῷ ἔνι] ἐν ᾧ. *Schol.*

v. 58.

Τέτμεν, invenit. ἔτετμε, *Il.* Δ. 293.

v. 59.

Πῦρ μὲν ἐπ' ἐσχαρόφι μέγα καίετο, Ignis quidem ſuper foco ingente ardebat. ὅσαι ἐσχάραι πυρὸς Τρώων, ſo viel Feuerſtellen, *i. e.* ὅσοι οἰκήτορες Τροίας, *Il.* Κ, 418. nam eo loco intelliguntur cives Trojani, in oppoſito ad

auxilia

auxilia aliunde accita. & hi Trojani, eo tempore una cum auxiliis peregrinis caſtra in campo habentes, agebant excubias nocturnas diligenter, cum auxiliares copiæ dormirent. Hinc ſpeculatores Græci non ad Troicas caſtrorum partes, ſed ad auxiliares vadunt. Poſſet igitur ſenſus *h. l.* eſſe, ὅσσαι εἰσὶ ἐσχάραι πυρὸς in caſtris, αὗται εἰσὶ Τρώων ἐσχάραι, non vero ſociorum: die Feuer-ſtellen, die du von ferne im feindlichen Lager ſieheſt, ſind der Trojaner ihre.

Τηλόθι, *Od. A.* 22.

v. 60.

Κέδρος, ου, ἡ, Cedrus: arbor ſuaveolens & ἄσηπτος. eſt a καίουσι ῥᾷον, *i. e.* σχίζει ῥᾷον, inſerto δ euphonico: & hanc etymologiam innuit ipſe Poëta, ut ſolet. κέδρου εὐκεάτοιο, cedri facile fiſſilis, Cedern-Holz, das leicht ſpaltet.

Εὐκέατος, ου, ὁ, ἡ, quod facile finditur & ſcinditur, vel & fiſſum ſciſſumque eſt. ὀδμὴ κέδρου εὐκεάτοιο, *coll. Od.* Υ. 161. odor cedri bene fiſſæ, ut commode incendi poſſet. ex εὖ & κεάζω, findo, propr. ligna: κόπτω καὶ σχίζω ξύλα. deinde & de aliis ponitur.

Θύον, ου, τὸ, eſt δένδρον εὐῶδες, maxime ſi ligna ejus uruntur. ὀδμὴ κέδρου τε θύου τε ἀνὰ νῆσον ὀδώδει δαιομένων, ita inſula deſcribitur, ubi Nympha Calypſo habitabat, quæ in focis ſuis talia ligna urebat. Eadem arbor dicitur ἡ θύα, & θυΐα, unde adjectivum eſt θύϊνος & θύϊος. Latinis eſt thya arbor.

Ὀδώδει, olebat, redolebat. plusq. Med. v. ὄζω, & ὀζέω, oleo, exhalo odorem. Vox facta ex ſono halitus, quem emittimus, vel ex ſono narium, quando odorem attrahimus: eſtque cum Germanorum Othem ejusdem originis. fut. 2. ὀδῶ. aor. 2. ὦδον. perf. Med. ὦδα, *Attice* ὄδωδα, per reduplicationem prioris ſyllabæ. hinc plusq. perf. ὀδώδειν. ſcribitur idem & ὤδωδα, ὠδώδειν. Iſta præterita Medii autem ſæpe in notione præſentis & imperfecti ponuntur.

v. 61.

Δαιομένων, Ardentium, incenſorum.

Ἔνδον, in domo.

Digitized by Google

Ἀοιδιάω, cano.

Ἀοιδιάουσ' ὀπὶ καλῇ, canens pulcra voce. ὀψ. *Il.* Α. 604.

V. 62.

Ἱςὸν ἐποιχομένη, Telam obiens: de Calypſo; nam ἱςὸν ἐποίχεσθαι καὶ ἀείδειν, ὐκ ἀγεννὲς ἐνδόξοις γυναιξίν. ſic *Il.* Α. 31. de Chryſeide.

χρυσείῃ κερκίδ' ὕφαινεν, aureo radio texebat. ſcil. Calypſo: nam fœminæ etiam nobiliſſimæ texebant ſtudioſe apud vetuſtos. χαμαὶ δέ οἱ ἔκπεσε κερκὶς, ſcil. Andromachæ texenti, cum audiret luctum. *Il.* Χ. 448.

V. 63.

Ἀμφιφύω, circa naſcor, circa enaſci facio. ὕλη σπέος ἀμφιπεφύκει, ſylva ſpecum circumcreverat. Quanquam fortaſſe rectius ſeparatur præpoſitio a verbo, & refertur ad ſolum nomen.

Ὕλη — τηλεθόωσα, *Il.* Ζ. 148. Metaph. Παῖδας — τηλεθάοντας, *Il.* Χ. 423. χαίτην — τηλεθόωσαν, *Il.* Ψ. 141. 142.

V. 64.

Κλήθρη, ης, ἡ, alnus: eine Elſe. arbor, quæ ſubbarbare dicitur ἡ κλήθρη. Eſt ſic dicta, quia vectis inſtar recta in altum ſurgere ſolet.

Αἴγειρος, *Il.* Δ. 482. Pappelweide. Eſt dicta ab ἀείρειν, nam alte tollit ramos ſuos; vel, ſi placet, ab ἄγαν αἴρεσθαι.

Εὐώδης κυπάρισσος, bene odorata cypreſſus. ἐν θαλάμῳ εὐώδεϊ, κηώεντι, in conclavi bene olenti ex incenſis odoribus; ut ergo per poſterius Epitheton explicetur prius: in dem wohldurchräucherten Zimmer. Antiqui enim amabant odores ſuaves. *Il.* Γ. 382. εὐῶδες ἔλαιον, *Od.* *Β.* 339.

Κυπάρισσος, ου, ἡ, Cypreſſus arbor. Dicta, quia παρίσους κύει ἀκρέμονας, ramos in altum pariter erectos gignit.

V. 65.

Ὄρνιθες τανυσίπτεροι, aves alas expandentes. τανύπτερος & τανυσίπτερος ſunt communia *avibus* Epitheta: propr. tamen de magnis volucribus ponitur, quæ alas late expandunt volando. Ceterum in genere πτηνὰ πετόμενα τανύει τὰ πτερά. ex τανύω, pando, & πτερὸν, ala.

Εὐνάζοντο, cubilia habebant. εὐνάσω ἑξείης, collocabo in cubili. *Od.* Δ. 408.

V. 66.

v. 66.

Σκῶψ, ωπὸς, ὁ, avis inauſpicata, ex genere noctuarum. Dicitur vel παρὰ τὸ σκαιὰν ὄπα ἔχειν, ſiniſtram abominabilem vocem; κακόφωνος γάρ: vel παρὰ τὸ ἐν σκιᾷ, i. e. νυκτὶ ἀφιέναι ὄπα. & videntur σκῶπες eſſe, ἃς Ῥωμαῖοι κυκκέβας φασὶν, cucubæ, arum; a quibus eſt verbum *cucubo*, i. e. clamo velut noctua aliqua.

Ἴρηξ, *Il.* Ν. 62. accipitris ſpecies, ein Falke: avis celerrima volatu, cujus decem ſpecies numerant antiqui, inter quas & eſt ὁ κίρκος. Eſt ab ἵεσθαι, moveri θάσσονας ἰρήκων ἵππυς, celeriores equos accipitribus. *Il.* Ν. 819. ὑπ' ἴρηκος, ab accipitre agitata columba. *Il.* Φ. 494.

Τανύγλωσσοι κορῶναι, cornices linguam extendentes. τανύγλωσσος, ε, ὁ, ἡ, linguam longam habens. ex τανύω & γλῶσσα, ης, ἡ, lingua.

Κορώνη, ης, ἡ, *propr.* cornix, eine Krähe. ζῶον illud, cujus variæ ſunt ſpecies. & eſt a κράω, ſono durius, quaſi κρώνη. Deinde omne ἐπικεκαμμένον, curvum vel rotundum, dicitur κορώνη; unde & Latinorum *corona* eſt. χρυσέην ἐπέθηκε κορώνην, de arcu faciendo, *Il.* Δ. 111. ubi ſingularis eſt pro duali, & notat τὸ τῦ τόξυ ἄκρον, εἰς ὃ ἐνίεται ἡ νευρά. & quia hoc in fine totius operæ faciendi arcus dicitur a Poëta: hinc natum eſt proverbium, ut ὁ ἀγαθὸν τέλος τοῖς φθάσασιν (antegreſſis operis) ἐπιθεὶς, dicatur χρυσέην ἢ καλὴν ἐπιθεῖναι τῷ παντὶ κορώνην.

v. 67.

Εἰνάλιαι κορῶναι, cornices ad mare ſpatiantes. εἰνάλιον κῆτος, in mari verſans aut exiſtens cetus, (eſt circumlocutio φώκης,) *Od.* Δ. 443.

Τῇσίν τε θαλάσσια ἔργα μέμηλεν, *Il.* Β. 614. ὁ σφισι θαλάσσια ἔργα μεμήλει, res maritimæ illis curæ non erant.

v. 68.

Αὐτῦ, ibi.

Τετάνυστο περὶ σπείυς — ἡμερὶς, extenſa erat circa ſpeluncam — vitis. ἐπὶ τῷ ταλάρῳ ἠλακάτη τετάνυστο, colus ſuper corbe extenſa erat, ut jaceret ἀπὸ χείλυς εἰς χεῖλος διήκυσα, ut notetur longitudo ejus; der Spinnrocken lag geſtreckt auf dem Korbe, in quo erant glomi. & fortaſſe deinde colus illa non ſtabat ſua aliqua baſi ante Helenam,

ſed ipſa eam in gremio ſuo firmabat aliquo modo. *Od.* Δ. 135. ὑπὸ κρατεσφι τάπης τέτάνυστο, tapes ſub capite expanſus & extentus erat in terra. *Il.* K. 156.

Περὶ σπεῖυς (*Jon.* pro σπέιος) γλαφυροῖο, circa antrum excavatum & capax. Alibi hoc ſpatioſum antrum in plurali nominat, ſicut τὰ μέγαρα ponit de magna domo.

v. 69.

Ἡμερὶς, ἴδος, ἡ, notat τὴν ἥμερον ἄμπελον, vitis hortenſis & ab hominibus culta, ad differentiam ſylveſtris, τῆς ἀγριάδος. Alii τὴν ἡμερίδα volunt eſſe εἶδος λεπτοφλοίυ δρυὸς, cujus fructus quoque dicatur σαφυλὴ, ex quo fiat ὁ ἰξὸς, ſpecies quercus tenuiori cortice, & frugifera: & *Euſtathius* non negat, ſua ætate circa Thraciam ſpeciem quandam τῶν δρυῶν dictam fuiſſe ἡμερίδας. At id nihil valet de ævo Homeri, & de hoc loco. Ceterum *h. l.* eſt alta, non humilis.

Ἡμερὶς ἡβώωσα, vitis in optimo flore. pro ἡβάυσα, *contr.* ἡβῶσα, diſtracto circumflexo ἡβόωσα, & ob metrum producte ἡβώωσα. ὁππότ᾽ ἂν ἡβήσῃ τε, quando pubuerit: wann er mannbar ſeyn wird. *Od. A.* 41. ἀνὴρ ὐδὲ μάλα ἡβῶν, ne vir quidem, valde in flore juventutis & in florido robore conſtitutus; nedum ergo major ætate. *Il.* M. 382. & id μάλα definit virum in plena jam & prorſus vegeta pubertate conſtitutum. αἲ γὰρ ἡβῷμι, utinam pubeſcerem. *Il.* H. 133.

Τεθήλει δὲ σαφυλῇσι, & luxuriabat uvis, læta & obſita erat uvis. plusq. perf. Med. intranſitive. συὸς σιάλοιο ῥάχιν τεθαλυῖαν ἀλοιφῇ, porci ſaginati tergum florens & læte obſitum pinguedine. *Il.* I. 208.

Σ1αφυλὴ, *Il.* Σ. 561.

v. 70.

Κρήνη, *Il.* B. 305. πίσυρες, *Il.* O. 680.

Ῥέον ὕδατι λευκῷ, fluebant aqua puriſſima: ſcil. in alto fonte aqua apparet nigra; hauſta vero & in vaſe non nimis excavato viſitur color ille limpidus.

v. 71.

Τετραμμέναι ἄλλυδις ἄλλη, converſi fluxu ſuo aliorſum alius. πρόσω τετραμμένος αἰεὶ, facie ad hoſtem ſemper converſus, *Il.* P. 598. ἀνὰ πρόθυρον τετραμμένος, mortuus,

verſus

verſus pedibus ad oſtium, efferendus deinde ad ſepulturam. *Il.* Τ. 212. ἐπί οἱ τετϱαμμένον, converſum facie ad ſe. *Il.* Ν. 542. τετϱαμμένοι — vultu ad hoſtes verſo cedite retro. *Il.* Ε. 605.

Ἄλλυδις, *Il.* Λ. 486. τοῦ κακοῦ τϱέπεται χϱοὺς ἄλλυδις ἄλλη, mutatur color timidi nunc ſic nunc aliter: ἄλλοτε ἄλλως. *Il.* Ν. 279.

v. 72.

Λειμὼν, *Od.* Δ. 605.

Ἴον, ου, τὸ, violæ ſpecies: ein Veilchen.

Σέλινον, *Il.* Β. 776.

Ἀμφὶ δὲ (τὰς κϱήνας, fontes & rivos) λειμῶνες μαλακοὶ ἴου, ἠδὲ σελίνου, θήλεον, prata mollia & aquoſa violis & apio virebant, florebant.

v. 73.

Θήλεον, *pro* ἐθήλεον, læte virebant. v. θηλέω, *Jon.* pro θαλέω, vel θαλλέω.

Καὶ ἀθάνατός πεϱ ἐπελθὼν θηήσαιτο ἰδὼν, etiam vel immortalis ſi acceſſiſſet, admiratus eſſet intuens,] L'admiration que les Dieux mêmes auroient pour ce beau lieu, nous ne ſaurions nous empêcher de l'avoir pour la belle deſcription qu'Homere en a faite. DAC.

v. 74.

Θηήσαιτο, Θηεῦντο, *Od.* Β. 13. (ἐθαύμαζον) quia per annos viginti nulla ſolennis ἀγοϱὰ convocata erat; & quia poſt tantum intervallum adoleſcens Telemachus regiam dignitatem ſibi vindicabat. θηήσαντο, *Il.* Ο. 682. Χ. 370.

Τεϱφθείη φϱεσὶν ᾗσιν, oblectaretur mente ſua, oblectatus eſſet animo ſuo.

v. 75.

Θηεῖτο, mirabatur. θειαῖό κεν αὐτὸς ἐπελθὼν, *Il.* Ω. 418.

v. 77.

Οὐδέ μιν ἄντην Ἠγνοίησεν ἰδοῦσα, neque eum coram videns ignoravit, quis eſſet & quid vellet: probe eum noſcebat, quis eſſet, cum videret eum. Θεῷ ἐναλίγκιος ἄντην, Deo ſimilis adſpectu. *Od.* Β. 5. Δ. 310. μῆτιν ὁμοιωθήμεναι ἄντην, an klugem Rath gegen ihn ſich zu vergleichen. *Od.* Γ. 120.

v. 78.

Ἀγνοιέω, *Il.* A. 537.

Δῖα θεάων, ob inſignem benevolentiam & præſtantiam. *Od.* *A.* 14.

v. 79.

Ἀγνὼς, ῶτος, ὁ, ἡ, incognitus.

v. 80.

Ἀπόπροθι, *Od.* Δ. 757. ἀπόπροθι ἀγροὺς, in certo intervallo agros ab urbe remotos.

v. 79. 80.

(Ου γάρ τ' ἀγνῶτες Θεοὶ ἀλλήλοισι πέλονται

Ἀθάνατοι, ὐδ' εἴτις ἀπόπροθι δώματα ναίει.)

Non enim Dii ſibi invicem ſunt ignoti [ſed probe agnoſcunt ſe invicem]

Immortales; neque ſi quis longe procul hinc habitat.

v. 82.

Ἀκτὴ, *Il.* B. 395.

v. 83.

Στοναχὴ, *Il.* B. 39. Ἑλένης ὁρμήματά τε στοναχάς τε, *ibid.* 356. & 590. ubi prior vox eſt Paſſiva, impetus in eam factos violentos a Paride, & gemitus Helenæ rapaciter detentæ.

Θυμὸν ἐρέχθων, animum conficiens, cor frangens *quaſi.* νῆα ἐρεχθομένην ἀνέμοισι, navem quaſſatam graviter, & contundendam a ventis, niſi adeſſet ars gubernatoris: laceſſitam a ventis. nam ἐρέχθεσθαι eſt & ἐρεθίζεσθαι. *Il.* Ψ. 317.

v. 84.

Ἀτρύγετος, *Ponti* Epith. *Od.* *A.* 72.

Δερκέσκετο, proſpiciebat. *Jon.* pro ἐδέρκετο. v. δέρκομαι, *Il.* A. 88.

Δάκρυα λείβων, *Il.* N. 658. δάκρυα λεῖβον, *ibid.* 88.

v. 86.

Ἱδρύω, *Od.* Γ. 37. Φαεινὸς, *Od.* Δ. 188. σιγαλόεις, *Il.* E. 226.

v. 87.

Χρυσόῤῥαπις, ιος, ὁ, Epith. *Mercurii*, qui auream virgam habet: der den güldenen Stab hat. ex ῥαπὶς, ἡ, virga, & χρύσεος, aureus. pro χρυσεόῤῥαπις vel χρυσεόῤῥαβδος.

Digitized by Google

δος. & ob hunc aureum baculum Recentiores dedere Mercurio τὸ κηρύκειον.

v. 88.

Ἀιδοῖος, Venerandus. *Il.* B. 514.

Θαμίζεις, *Il.* Σ. 386.

v. 89.

Αὔδα, ὅ, τι φρονέεις, Eloquere, quod in animo habes. ita *Il.* Ξ. 195.

v. 90.

Ἐι τετελεσμένον ἐςίν, *Ibid.* 196.

v. 91.

Ἵνα τοι πὰρ ξείνια θείω; *pro* παραθείω, quæ jam erant cibus & potus; deinde & alia dona κειμήλια, in memoriam hoſpitii. ita *Il.* Σ. 387. ὁ δὲ τοῖς πὰρ ξείνια θῆκεν, *pro* παρέθηκεν, appoſuit. *Od.* Γ. 490.

v. 93.

Ἀμβροσίης (*ſcil.* τροφῆς) πλήσασα τράπεζαν, cum oppleviſſet menſam ambroſia. ἀμβροσίην ὑπὸ ῥῖνα ἑκάςῳ θῆκε φέρουσα. *Od.* Δ. 445.

Κέρασσε δὲ νέκταρ ἐρυθρὸν, infudit in poculum nectar rubrum,] νῦν ἐνέχεεν, ἀπὸ τῆς ἀρχαίας συνηθείας· εἰς κέρας γὰρ ἐγχέοντες ἔπινον. *Schol.* κεράασθε δὲ οἶνον, infundite autem vinum. *Od.* Γ. 332. κρητῆρα κεράσσατο, infundebat magnum poculum. *ibid* 393. ὅτε οἶνον ἐν κρητῆρσι κέρωνται, quando vinum poculis infundere ſolent. *i. e.* quando vinum bibere ſolent: poſito antecedente pro conſequente. *Il.* Δ. 260.

v. 95.

Ἤραρε θυμὸν ἐδωδῇ, refecit ſe cibo. ὃ δὴ καὶ πᾶσιν ἐνὶ φρεσὶν ἤραρεν ἡμῖν, quod ſane omnibus nobis placuit: was uns nach unſerem Sinne war. ὁ θυμαρής ἡμῖν. *Od.* Δ. 777. & ὃ *h. l.* non eſt neutrum, ſed maſculinum, pro ὅς, ſcil. μῦθος.

v. 98.

Νημερτέως, *adv. cum terminatione Jonica*, Vere: ἀληθῶς. a νημερτής, *Il.* A. 514. Γ. 204.

Νημερτέως τὸν μῦθον ἐνισπήσω, vere ſequentem ſermonem dicam.

Κέλεαι, jubes.

Digitized by Google

V. 100.

Τίς δ' ἂν ἑκὼν τοσσόνδε διαδράμοι ἁλμυρὸν ὕδωρ; Quis enim lubens percurreret tantum mare? ἐπεὶ πίεν ἁλμυρὸν ὕδωρ, *i. e.* poſtquam periit in mari. *Od.* Δ. 511.

V. 101.

Ἄσπετον ὕδωρ, Immenſa aqua. Ὅσσα τάδ' ἄσπετα πολλά; *Od.* Δ. 75. ἄσπετον ὕλην, immenſam ſylvam. *Il.* Β. 455. ἄσπετον ἤγαγε κῦδος, ineffabilem retuliſſet gloriam. *Il.* Σ. 165.

V. 102.

Ἐξαίτους ἑκατόμβας, electas (auserleſene) *ſeu* præſtantes hecatombes. ἐξαίτους ἐρέτας, electos remiges. *Od.* Β. 307.

V. 103.

Μάλ' ὔπως ἐςὶ, nullo modo *fas* eſt.

V. 104.

Παρὲξ ἐλθεῖν, vel paullulum excedere: μερικῶς παρεκβῆναι. ἄλλα παρὲξ εἴποιμι παρακλιδὸν, alia dixero declinando vel paullulum a vero, per veriſimilia. *Od.* Δ. 348. παρὲξ Ἀχιλῆα, præter Achillem. *Il* Ω. 434.

Ἁλιῶσαι, inefficacem reddere & irritam. ὐδ' ἁλίωσε βέλος, non vanus fuit jactus. *Il.* Π. 737.

V. 103. 104.

Ἀλλὰ μάλ' ὔπως ἐςὶ Διὸς νόον αἰγιόχοιο
Οὔτε παρὲξ ἐλθεῖν ἄλλον Θεὸν, ὐθ' ἁλιῶσαι.
Sed nullo modo *fas* eſt Jovis mentem Ægiochi
Neque prætergredi alium Deum, neque irritam facere.

Mais il n'eſt pas permis à aucun Dieu d'enfraindre ou de negliger les ordres de Jupiter,] Cela eſt fort adroit, en parlant pour lui il parle auſſi pour Calypſo: car il lui donne par là un conſeil plein de ſageſſe, qui eſt d'obeïr aux ordres de Jupiter. C'eſt une inſinuation délicate, plus efficace qu'un conſeil direct. Calypſo le ſent fort bien; car elle va bien-tôt repeter les mêmes termes. DAC.

V. 105.

Ὀϊζυρὸς, *Il.* Α. 417.

V. 107.

Εινάετες, *Od.* Γ. 118.

Πέρσαντες, depopulati. πέρσας, *Il.* Β. 660. πέρθω, *ibid.* 374.

V. 108.

V. 108.

Ἀθηναίην ἀλίτοντο, graviter peccaverant contra Minervam. Ἀθανάτους ἀλιτέσθαι, contra Deos peccaſſe graviter, eosque offendiſſe errore meo malo. *Od.* Δ. 378. ἐξηπάτησέ με καὶ ἤλιτεν, inquit iratus Achilles de Agamemnone: decepit me, & peccavit graviſſime in me; nam hoc verbum regit accuſativum perſonæ, quæ quaſi in fraudem & errorem aliquem conjicitur a peccante. *Il.* Ι. 375. μὴ ἀλίτωμαι ἐφετμὰς Διός, ne peccem contra præcepta Jovis. *Il.* Ω. 570. ὅςις σφὲ (dualis accuſativus, pro plurali, αὐτοὺς, τοὺς Θεοὺς) ἀλίτηται ὀμόσας, quicunque contra eos peccaverit jurando. *Il.* Τ. 265. Verbi ἀλείτω, fut. 2. ἀλιτῶ. aor. 2. ἤλιτον. pecco graviter. Eſt ab ἀλάω, erro, aberro. ἡ ἄλη, aberratio. nam omne peccatum aberrat a juſto.

V. 109.

Ἧ σφιν ἐπῶρσ' ἄνεμον, Quæ contra eos excitavit ventum.

Κύματα μακρὰ, *i. e.* ςὰ εἰς ὕψος κορυφούμενα, *Il.* Β. 144.

V. 110.

Ἀπέφθιθον, peribant. v. ἀποφθίθω, *forma Jonica*, pro ἀποφθίνομαι, pereo.

Πέλασσεν, appulit. τὰς μὲν Κρήτῃ ἐπέλασσεν, appropinquare eas naves fecit ad Cretam. ἱςὸν ἱςοδόκῃ πέλασαν, malum admoverunt receptaculo ſuo, *i. e.* in eum locum, ubi malus demiſſus jacere ſolet in navi. *Il.* Α. 434. αὐτοὺς Αἰθίκεσσι πέλασσεν, ad Æthicas eos appropinquare fecit. & ſermo eſt de Centauris, *i. e.* incolis quibusdam montanarum regionum Pelii montis, qui non ſunt prorſus deleti, ſed in aliam regionem fugati. *Il.* Β. 744. κακῇς ὀδύνῃσι πελάζειν αὐτὸν, miſeris doloribus admovere eum: ihn in Herzeleid zuſetzen, *Il.* Ε. 766.

V. 112.

Ἀποπεμπέμεν, dimittere. ἀπόπεμψον, *Od.* Β. 113. ἀπὸ μητέρα πέμψω, *pro* ἀποπέμψω, matrem emiſero e domo. *ibid.* 133.

Ὅ, ττι τάχιςα, quam celerrime: aufs bäldeſte. *Il.* Δ. 193. Ο. 146. Υ. 71.

V. 113.

Τῇδ', hic: ἐνθάδε.

Ἄισα, fatale eſt, ἐπεί σοι αἶσα μίνυνθά περ, ὅτι μάλα δὴν, ſiquidem fatum tibi eſt, paullulum admodum, non valde diu, *ſcil.* eſſe & vivere. *Il.* A. 416. ἐπεί με κατ' αἶσαν ἐνείκεσας, ὐδ' ὑπὲρ αἶσαν, ſiquidem me ex merito reprehendis, non præter meritum; δικαίως, κατὰ καθῆκον, ſic ut convenit in me. atque ibi eſt ingenua confeſſio Paridis, fatentis ſe accipere per eam reprehenſionem fratris majoris, quæ meritus ſit. *Il.* Γ. 59. κατ' αἶσαν, *i. e.* κατὰ τὸ ἀληθὲς, ut convenit rei ipſi: wie ſichs gehöret. *Il.* K. 445. ut decet, *Il.* P. 716. ὐ γάρ τίς με ὑπὲρ αἶσαν ἀνὴρ ἄϊδι προϊάψει, nam nemo me præter fatum mihi deſtinatum morti dabit. *Il.* Z. 487.

Φίλων ἄπο νόσφιν, procul a ſuis. φίλων ἄπο, remotus procul a ſuis. *Od.* Α. 49.

V. 116.

Ῥίγησεν δὲ Καλυψὼ, expavit vero Calypſo: timens, ne vir ſuus a Jove interficeretur. Præterea juſtum & æquum eſſe crediderat, eum, quem ipſa ſervaſſet, apud ſe manere. Nunc ſubito aliter ei mandabatur a Jove, quem ideo injuſtum putabat. ῥίγησεν δ' ὁ γέρων, *Il.* Γ. 259.

V. 118.

Σχέτλιοι ἐςὲ, Θεοὶ, duri eſtis, & patientes, o Dii! multa poteſtis pati ut fiant. ſic Apollo in concilio Deorum, *Il.* Ω. 33. σχέτλιος poteſt in genere eſſe, durus, non cedens votis meis, ὁ σφοδρὸς εἰς τὸ ποιῆσαί τι, ſæpe & τὶ ὐκ ἀγαθόν. ſic de Jove *Od.* Γ. 161. qui tenet firmiter iram ſuam. σχέτλιαι, improbæ, duræ, inhumanæ, crudeles. *Od.* Δ. 729.

Ζηλήμονες ἔξοχον ἄλλων, nimium quantum invidi in alios. ζηλήμων, ονος, ὁ, ἡ, invidus, zelotypus, a zelo ictus, *jaloux.* a ζηλέω, quod notat & εἶδος ὐκ ἐλλόγυ θυμῦ. Alii ſcribebant δηλήμονες, a δηλέω, *i. e.* βλαπτικοὶ. perperam.

Ἔξοχον ἄλλων, ſupra modum. ἔφην αὐτὸν φιλήσειν ἔξοχον ἄλλων Ἀργείων, ſtatuebam, me amaturum eſſe eum magis quam omnes alios Argivos. *Od.* Δ. 171. ἀρετῇ δ' ἔσαν ἔξοχ' ἄριστοι, virtute autem erant longe optimi. *ibid.* 629. ἔξοχον ἄνδρα, virum dignitate eminentem & conſpicuum. *Il.* B. 188.

Digitized by Google

v. 119.

Θεαῖς ἀγάαϑε (pro ἀγᾶαϑε, & id contractum ex ἀγάεϑε) invidetis & ſuccenſetis Deabus : putatis, quaſi eæ nimium quantum audeant, & indigna conentur. v. ἀγάω quod tria ſignificat: ϑαυμάζειν, admirari, honorare, valde probare ; φϑονεῖν, invidere; μισεῖν, odiſſe, indignari, übel nehmen.

Παρ ἀνδράσιν εὐνάζεσϑαι, apud homines viros cubare.

v. 120.

Ἀμφαδίην, Aperte. *ſcil.* κατὰ φανερὰν εὐνήν. ut ergo hic Accuſativus ponatur adverbialiter, per Ellipſin. εὔχεσϑε σιγῇ ἐφ᾽ ὑμῶν, ἠὲ καὶ ἀμφαδίην, Διΐ, vota facite Jovi ſilentio apud vos, vel & clara voce. *pro* κατὰ ἀμφαδίην εὐχήν, in euerem Herzen, oder auch offentlich und laut. *Il.* H. 196. Sic ἀμφαδίην, *ſcil.* κατὰ μάχην, *Il.* N. 356. cui opponitur λάϑρῃ, 357. & notat, ἐν φανερᾷ μάχῃ. nam quidam Codices legunt ἀμφαδίῃ. Sic κρύφα & φανερῶς opponuntur.

Ἥτις τε φίλον ποιήσετ᾽ ἀκοίτην, ſi qua charum faciet ſibi maritum. μέγα κλέος αὐτῇ ποιεῖτ᾽, (ποιεῖται) *Attice*, pro ποιεῖ, ſibi ipſi acquirit magnam famam. *Od. B.* 126.

Ἀκοίτης, ου, ὁ, maritus, ſocius thori conjugalis. ab α *copulativo*, & ὁ κοῖτος. ὁ ὁμοκοίτης. ὅς τοι ἀκοίτης, *Il.* O. 91.

v. 121.

Ὠρίωνα ἕλετο Ἠώς, *i. e.* ἐξείλετο, προέκρινεν, Orionem elegerat ſibi amaſium.

v. 122.

Τόφρα οἱ (*pro* αὐτῇ) ἠγάαϑε (*pro* ἠγᾶϑε) Tamdiu ei invidebatis & indignabamini: ἐφϑονεῖτε, ἐμέμφεσϑε, verdachtet es ihr, aus Mißgunſt. Nam quæ mares ſibi indulgent, ea intoleranda cenſent in altero ſexu.

Θεοὶ ῥεῖα ζώοντες, *i. e.* ἀπόνως, οὐχ ὑποδυσκόλως, ἀλλὰ κατὰ ἔμφρονα ῥᾳστώνην, ohne Mühe und Unluſt. ſic *Il.* Z. 138. *Od.* Δ. 805.

v. 123.

Ὀρτυγίῃ] τῇ Δήλῳ· νῆσος δὲ ἡ Δῆλος ἐστὶν ἀνὰ μέσον τῶν Κυκλάδων. *Schol.*

Χρυσόϑρονος, *h. l.* Epith. *Dianæ.* Alia *ejus* Epith. vide apud MORELL. *v.* Ἄρτεμις.

Ἁγνὸς,

Digitized by Google

Ἁγνὸς, ὴ, ὸν, purus, non pollutus. Ἄρτεμις ἁγνὴ, nam fingitur pura ab omni Venere, & virgo intemerata.

Ἄρτεμις ἁγνὴ Οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν] Nous avons vû dans *l'Iliade* que les *morts ſubites des hommes* étoient attribuées à *Apollon*, & *celles des femmes* à *Diane*. Cependant voici *Diane*, qui tuë *un homme* avec ſes fleches. Cela a rendu ce vers ſuſpect à quelques anciens Critiques, qui n'ont pas compris la raiſon de ce changement. La mort d'*Orion* eſt juſtement attribuée à *Diane*, parce qu'étant une Déeſſe chaſte, c'eſt à elle plûtôt qu'à Apollon à punir un crime commis contre la chaſteté. Au reſte, le ſens caché ſous cette fable de l'amour de l'Aurore pour Orion eſt ſenſible. Orion étoit un chaſſeur, l'Aurore eſt favorable aux chaſſeurs, & Diane leur eſt contraire, parce que comme ils couchent ſouvent à la belle étoile, la plûpart periſſent par des maladies. que leur cauſent l'humidité & la fraîcheur des nuits. DAC.

Quia ſubita morte nihil eſſe poteſt lenius, nullo prævio morbo: hinc ejusmodi mortes, quibus placide obdormiunt homines ſine ſenſu dolorum, vocantur ἀγανὰ βέλεα Ἀπόλλωνος, ſi ſunt viri, ἢ Ἀρτέμιδος, ſi ſunt fœminæ. Κεῖσαι, τῷ ἴκελος, ὅντ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχόμενος κατέπεφνεν, inquit Helena de Hectoris corpore mortuo: & adjuncta eſt notio palloris ſucculenti; unde & in tali re Apollo non χρυσότοξος, ſed ἀργυρότοξος appellatur. *Il.* Ω. 759. Κυβερνήτην Μενελάυ Φοῖβος Ἀπόλλων οἷς ἀγανοῖς — κατέπεφνε. *i. e.* ἀποπληξία celeriter mortuus eſt. *Od.* Γ. 280. Sed Orionem pulcherrimum in juventa ſua occidiſſe *h. l.* dicitur χρυσόθρονος Ἄρτεμις ἁγνὴ οἷς βελέεσσιν ἐποιχομένη, nam in venatione mortuus erat ſubito: Diana vero eſt venatrix.

V. 125.

Ὁππότ' Ἰασίωνι ἐϋπλόκαμος Δημήτηρ,] Voici le ſens caché ſous cette fable: Cerès eſt la même que la Terre, Jaſion étoit un laboureur. Comme le laboureur jette ſon grain dans le ſein de la Terre, on a feint que la Terre étoit amoureuſe de lui. Et comme les exceſſives chaleurs ſont contraires aux ſemences, on a feint ſur cela que Jupiter avec ſes foudres avoit puni ces amours & ruiné

Digitized by Google

ruiné ce commerce. Et une marque ſûre que c'eſt là le myſtere caché ſous cette enveloppe, c'eſt ce qu'Homere ajoute; νειῷ ἐνὶ τριπόλῳ, *dans une gueret labouré qui a eu trois façons.* DAC.

Ἐϋπλόκαμος, bene ornata comis intortis. *h. l.* Epith. *Cereris.* Poëta ſolet partem ornatus & formæ nominare, ut intelligatur tota formoſitas & elegantiæ amabilitas. Alia *ejus* Epith. vid. apud MORELL. *ſub v.* Δημήτηρ. Δημήτηρ, *Il.* B. 696.

V. 126.

Ὧι θυμῷ εἴξασα, cupiditati ſuæ cedens, *i. e.* amore correpta, amori obtemperans: τῇ ἰδίᾳ ἐπιθυμίᾳ εἴξασα, nam ſermo eſt de Cerere, concumbènte cum pulcro Ἰασίωνι. εἴξας ᾧ θυμῷ, cedens iræ ſuæ, *i. e.* ab ira ſua recedens; ut ergo *h. l.* non, obtemperans, ſed, decedens, ſignificet: niſi potius eſt, obtemperans ſuæ voluntati citra acceptionem donorum; frenwillig. *Il.* I. 594. εἴξαντος ἐμεῖο, me cedente; quaſi ſolus ſit defenſor, &, ſe cedente, ruitura ſint omnia. εἶξαν δὲ γέροντες, ceſſerunt loco, honoris cauſa. *Od. B.* 14.

Μίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ, congreſſa erat cum eo. ἵνα μίσγεαι ἐν φιλότητι γυναικὶ νέῃ, ut miſcearis in amore mulieri juvenculæ novæ. *Il.* B. 232. ἐμίγην φιλότητι καὶ εὐνῇ, miſcebar, ego cum Helena. *Il.* Γ. 445. ἄλοχοι δὲ μιγεῖεν ἄλλοις, *pro* μιγείησαν, uxores miſceantur cum aliis: quæ eſt imprecatio in hoſtes. *ibid.* 301. εὐνῇ δὲ οὔποτ' ἔμικτο, *pro* ἐμέμικτο, concubitu nunquam mixtus eſt cum ea. *ſcil.* cum hac pulchra ancilla ſua, a ſe amata. *Od. A.* 433. Et eſt hoc verbum, de congreſſu quovis poni ſolitum, circumlocutio σεμνή. Ποσειδάωνι μιγεῖσα, *ibid.* 73.

V. 127.

Νειῷ ἐνὶ τριπόλῳ, In novali jam tertiato. (νειοῖο βαθείης. *Il.* K. 353. ἐν νειῷ βόε, *Il.* N. 703.) τῇ τρίτον ἐσκαμμένῃ. & *h. l.* notatur conſequentia hujus ternæ arationis: ſeges ſtans alte, im hohen Korne, auf dem Saat-Acker. νειὸν μαλακὴν, τρίπολον, *Il.* Σ. 541. 542.

Οὐδὲ δὴν ἦεν ἄπυστος Ζεὺς, neque Jupiter diu id ignoravit. οἴχετο ἄϊστος, ἄπυστος, abiit & abeſt ut talis, de quo nemo ſcit, nemo audivit; von dem nichts gewußt noch

gehört

Digitized by Google

gehört wird. *Od.* *A.* 242. Οὐδ' ἄρα Πηνελόπεια πολὺν χρόνον ἦεν ἄπυστος μύθων, nec Penelope diu erat talis, quæ nihil reſciſceret & audiret de verbis & conſiliis procorum. *Od.* Δ. 675.

v. 128.

Βαλὼν ἀργῆτι κεραυνῷ, percutiens albo & celerrimo fulmine. ἀφῆκ' ἀργῆτα κεραυνὸν, *Il.* Θ. 133. βῆ δὲ καλυψαμένη (induta Helena) ἑανῷ ἀργῆτι φαεινῷ, peplo candido ſplendente. *Il.* Γ. 419.

v. 129.

Ἄγασθε, invidetis.] *Alii* ἀγᾶσθε.

v. 130.

Τὸν μὲν ἐγὼν ἐσάωσα περὶ τρόπιος βεβαῶτα, Hunc quidem ego ſervavi equitantem in tigno illo, & ſic nantem.

Τρόπις, ιος, ἡ, carina, der Keil-Balke unten im See-Schiff: tignum, ex quo ſurgunt omnia alia tigna laterum navis.

Περὶ τρόπιος βεβαῶτα, qui in carina ſedebat: τὸν περιβάδην ἐποχούμενον τῇ τρόπει δίκην κέλητος, der auf dem Kiele des geſcheiterten Schiffes ritte, und ihn ſchwimmend zwiſchen den Beinen hatte. hîc ergo verbum maxime proprie poſitum. v. περιβαίνω, quod idem fere eſt, quod ἀμφιβαίνω. divaricatis cruribus ſuper aliquo ſtare, ut feræ ſolent catulos infirmos defenſantes. Hinc eſt &, defendo, ante aliquem conſiſto, propugno: ὑπερμαχέω στὰς περί τινα. οὐδ' ἔτλη περιβῆναι ἀδελφειοῦ κταμένοιο, *Il.* E. 21.

v. 132.

Ἔλσας, *pro* ἐλάσας, *per Sync.* ἔλσαι, *Il.* A. 409. ἔλσαν, *Il.* A. 413.

Ἐπεί οἱ νῆα κεραυνῷ Ζεὺς ἔλσας ἐκέασσεν ἐνὶ πόντῳ, quoniam ei navem fulmine Jupiter percutiens diffidit in ponto. κέασσε, *Il.* Π. 347. κεάσθη, *ibid.* 412.

Οἴνοψ, *ponti* Epith. *Od.* A. 183.

v. 136.

Θήσειν, *Me* facturam *eum.*

Ἀγήραος, *Il.* B. 447. ubi de clypeo divino ſermo eſt. *Il.* Θ. 539. ἀγήρως, *Il.* M. 323.

v. 137.

Ἀλλ' ἐπεὶ οὔπως ἐστὶ] Vide ſupra ad *v.* 103. 104.

v. 139.

V. 139.

Ἐῤῥέτω, Abeat. i. e. ὀλλύσθω, φθειρέσθω. Il. I. 377. ἔῤῥε, Il. Θ. 164. ἔῤῥ' οὕτως, Il. X. 498. ubi puer dives & felix loquens inducitur ad alium puerum humilem jam, quem manu extrudit ex conventu nobilium puerorum eorumque convivio, nulla parte ei data.

V. 140.

Πέμψω δέ μιν οὔπη ἔγωγε,] Non, *dimittam ipſum nusquam ego*. Immo dimiſſura erat: ſed, *nusquam eum deducere, proſequi potero*, ut mox *v.* 142. & alibi. ERN.

Οὔπη, nusquam, nullo modo. *Il.* N. 191.

V. 141. 142.

Vide ad *v.* 16. 17. *huj. Libri.*

V. 143.

Πρόφρων ὑποθήσομαι, lubens & promto animo conſilia ſuggeram. πυκινῶς ὑποθήσομαι, prudenter ſuadebo. *Od.* A. 279. ὑποθήσομαι, *Od.* B. 194. ἄλλα δὲ καὶ Δαίμων ὑποθήσεται, alia, & Numen conſulet & monebit. *Od.* Γ. 27. ὄφρα οἱ ὑποθήσεαι — ut ei ſubjicias &c. daß du ihm an Hand geben möchteſt. *Od.* Δ. 163.

Ἐπικεύσω, *Od.* Δ. 350. & 744.

V. 144.

Ἀσκηθὴς, *v.* 26. *huj. Libri.* probe curatus, cum cura ſervatus, incolumis: τεθεραπευμένος, ἀβλαβὴς, ὑγιής. nam eſt ab ἀσκέω, curo accurate, cum cura elaboro, ſtudioſe tracto: ἐπιμελείας ἀξιόω.

V. 146.

Ἀπόπεμπε, dimitte *eum.* ἀποπεμπέμεν, *v.* 112. *huj. Libri.*

Διὸς δ' ἐποπίζεο μῆνιν, Jovis autem reverere iram. ἐποπίζομαι, idem quod ſimplex ὀπίζομαι, reſpecto ſecuturam, revereor, vereor vindictam divinam ſecuturam. & in genere, curo, revereor: ich kehre mich woran, ſcheue mich wofür. Vide ad *Il.* Σ. 216. X. 332.

V. 147.

Μήπως τοι μετόπισθε κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ, ne forte tibi poſtea iraſcens malum inferat, ne tibi deinde iratus moleſtias creet. μετόπισθεν, *Il.* A. 82. κοτέω, *ibid.* 181. *Od.* A. 101. χαλεπαίνω, *Il.* B. 378. *Od.* B. 189.

V. 148.

Digitized by Google

V. 148.

Κρατὺς Ἀργειφόντης, *v.* 49. *huj. Libri.*

V. 150.

Ἐπειδὴ Ζηνὸς ἐπέκλυεν ἀγγελιάων, poſtquam audivit mandata a Jove. πάντ' αἶνον ἐπέκλυε, *Il.* Ψ. 652.

V. 151.

Ἄρ] Non hic ſupervacuum eſt iſtud ἄρ· ſententiam enim connectit cum eo, quod præceſſit, *v.* 82. Ἀλλ' ὅγ' ἐπ' ἀκτῆς κλαῖε &c. CLARK.

Οὐδέ ποτ' ὄσσε Δακρυόφιν τέρσοντο, neque oculi unquam ſicci erant a lacrimis. ἕλκος ἐτέρσετο, παύσατο δ' αἷμα, vulnus ſiccabatur, & ſanguis fluere deſinebat. *Il.* Λ. 267. & 847.

V. 152.

Κατείβετο δὲ γλυκὺς αἰὼν Νόστον ὀδυρομένῳ, defluebat (es verlief) dulcis vita Ob reditum mœrenti. τέρεν κατὰ δάκρυον εἴβεις. *pro* κατείβεις. *Il.* Π. 11.

Αἰὼν· μινυνθάδιος δέ οἱ αἰὼν ἔπλετο, brevis autem ei ætas fuit. *Il.* Δ. 478. ἔπειτά με καὶ λίποι αἰών. *i. e.* ἡ ζωή. im übrigen will ich gerne ſterben; de cetero, deſerat ſane me vita: moriar, ſi ita viſum Superis. *Il.* E. 685. ἐκ δ' αἰὼν πέφαται, *Il.* T. 27. αὐτὸς δὲ φίλης αἰῶνος ἀμερθῇς, & ipſe vita tua priveris. *Il.* X. 58. ἀπ' αἰῶνος νέος ὤλεο, juvenis perdidiſti vitam tuam. *Il.* Ω. 725.

V. 154.

Ἰαύεσκεν, dormiebat. *Jon.* pro ἴαυεν, V. ἰαύω, *Il.* I. 325. Σ. 259. T. 71.

Ἀνάγκῃ, non ſponte, ſed ex neceſſitate: βίᾳ, ἀκουσίως, ἄκων.

V. 156.

Ἠϊὼν, *Il.* B. 92.

V. 160.

Κάμμορος, *Od.* B. 351.

Μηδέ τοι αἰὼν Φθινέτω, neque tibi vita abbrevietur, *vel* abſumatur; nam ζωὴ φθίνει τοῖς μακροῖς θρήνοις: härme dich nicht ab, friß dir dein Leben nicht ab. v. Φθίνω, pereo, abſumor. Nam intranſitive ponitur maxime hæc forma.

Digitized by Google

V. 161.

Πρόφασσα, libens & promta. *Il.* K. 290.

V. 162.

Δοῦρα̃ μακρὰ ταμὼν, ligna longa cædens. δοῦρα, *Il.* B. 135.

Ἁρμόζεο — σχεδίην, compinge navigium, conſtrue. θώρηξ ἥρμοσεν αὐτῷ, thorax conveniebat corpori ejus: der Harniſch war ihm recht. *Il.* Γ. 333. Ἔντεα δ' ἥρμοσε τεύχε' ἐπὶ χροῒ, arma conveniebant corpori ejus: die Waffen paſſeten ihm am Leibe, ſie waren weder zu klein noch zu groß. *Il.* P. 210.

V. 163.

Σχεδία, *v.* 33. *huj. Libri.*

Ἴκρια πῆξαι ἐπ' αὐτῇ, tabulata fige in ea (navi.) ἰκρίον, *Od.* Γ. 353. πῆξαι eſt aor. I. imper. Med.

V. 164.

Ὑψοῦ, Superne: oben dran. Putant tamen quidam, poſt ἐπ' αὐτῇ ponendum eſſe comme, & ὑψοῦ jungendum cum ὥς σε φέρησιν, ut te portet in altam aquam: ſed vix probant. Vide ad *Od.* Δ. 785.

Ἠεροειδέα πόντον, *Od.* B. 263.

V. 166.

Ἐνθήσω, Imponam (in navem tuam)

Μενοεικής, appetitui conveniens. a τὸ μένος, impetus, & εἴκω, ſimilis ſum, convenio. παρέτιθει μενοεικέα δαῖτα, appoſuit cœnam appetitui & edendi cupiditati ſimilem. *Il.* I. 90. ὁ τοῖσι τάφον μενοεικέα δαίνυ, *Il.* Ψ. 29. μενοεικέα νήεον ὕλην, ſufficientia accumularunt ligna, ad comburendum mortuum. *Il.* Ψ. 139. σοὶ δὲ Θεοὶ τῶνδ' ἀντὶ χάριν μενοεικέα δοῖεν, Dii tibi dent pro his gratiam largam: ut ergo notetur hac voce συμμετρία τις ἢ κατὰ τὸ ἀρκοῦν, daran man ſich begnügen laſſen kan. *ibid.* 650.

V. 170.

Οἵ (Θεοί) μευ φέρτεροί εἰσι νοῆσαί τε κρῖναί τε, qui me meliores ſunt in intelligendo & judicando. φέρτερος, *Il.* A. 169. & 186.

V. 171.

Ῥίγησεν δὲ — Ὀδυσσεὺς, exhorruit autem — Ulyſſes longum & periculoſum iter per mare, cum hiems ſubeſſet.

Digitized by Google

nam autumno vergente hæc ſunt acta, ut ignes apud Calypſonem, Phæacas, Eumæum, Penelopen oſtendunt, & folia ab arboribus decidua, & uvæ in vitibus maturæ, &c. ἐίγησιν δὲ Καλυψώ, *v.* 116. *buj. Libri.*

Πολύτλας δῖος Ὀδυσσεὺς, *Il.* Θ. 97. quia valde actuoſus & in periculis intrepidus erat, ſemperque ſui compos.

V. 173.

Τόδε μήδεαι, per hoc machinaris.

Οὐδέ τι πομπὴν, non vero dimiſſionem meam. Vide ad *v.* 32. *buj. Libri.*

V. 174.

Σχεδίῃ περάαν μέγα λαῖτμα θαλάσσης, extemporario navigio tranſire magnas undas maris. περόωσι (pro περάουσι, *contr.* περῶσι) δὲ πολὺν ἐφ' ὑγρὴν, ſie gehen über das groſſe Waſſer. *i. e.* mare. *Od.* Δ. 709.

Μέγα λαῖτμα θαλάσσης, *Od.* Δ. 504.

V. 175.

Νῆες ἐῖσαι] Vide ad *Od.* Γ. 10.

V. 176.

Ὠκυπόροι, *Od.* Δ. 708.

Περόωσιν, *ibid.* 709.

Ἀγαλλόμεναι (νῆες) Διὸς οὔρῳ, (*Poëtice*, quaſi de viventibus,) delectantes & cum voluptate & elatione animi fruentes vento ſecundo. nam οὖρος Διὸς eſt οὖρος αἴθερος, & hic eſt navibus quaſi ἄγαλμα, *i. e.* res egregie delectans & in honore habita. Vide ad *Il.* B. 462.

V. 178.

Ει μή μοι τλαίης γε — ὀμόσσαι, Niſi placere tibi poſſit, mihi — jurare; Niſi recipias id in te, mihi — jurare.

V. 179.

Μή τι μοι αὐτῷ πῆμα κακὸν βουλευσέμεν, *pro* βουλεύσειν, nullum mihi malum te ſtructuram eſſe.

V. 180. 181.

Vide ad *Od.* Δ. 609. 610.

V. 182.

Ἦ δὴ ἀλιτρός γ' ἐσσὶ, Calypſo blandiens & jocabunda ſic loquitur ad Ulyſſem, & ſenſus loci totius eſt: ἠλίθιες, καὶ οὐκ εἶπας τὸ ἀληθὲς, καὶ ταῦτα μὴ ἀπαίδευτος ὤν, errare facis me, nec veritatem dicis, & quidem tu

probe

Digitized by Google

probe doctus aſtutias ingenioſas. Ut ergo hoc nomen non ſemper ſceleratum, ſed aſtutum & deceptorem in ſenſu molliori notet. αἰὲν ἀλιτρὸς ἐμῶν μενέων ἀπερωεύς, *Il.* Θ. 361. ubi irata Minerva (i. e. irati in animo Græci contra providentiam fatorum) ſic loquitur de Jove; ut ergo appareat, cum hæc in ſenſu decentiſſimo ſint interpretanda, ἀλιτρὸν & eſſe, qui facit, ut aliquis alius aberret a propoſito ſibi ſcopo, iniquus contra aliquem bonum, qui peccat contra aliquem bonum. Δαίμοσιν εἶναι ἀλιτρός, contra Deos eſſe ſceleratus, *vel* in Deorum oculis apparere deteſtabilis peccator. *Il.* Ψ. 595.

Ἀποφώλιος, ε, ὁ, ἡ, ineptus, indoctus: ἀπαίδευτος καὶ ἀδίδακτος, ungezogen: & in genere, ἀδόκιμος, non probatus: unächt. ex ἀπὸ & Φωλεός, ȣ, ὁ, propr. latibulum animalium ἑρπετῶν, deinde vero & aliarum beſtiarum in cavernis aut nidis habitantium. Ab Jonibus etiam τὰ παιδευτήρια, ſcholæ puerorum, dicebantur Φωλεοί. — ἦ δὴ ἀλιτρός γ' ἐστὶ, καὶ ȣκ ἀποφώλια εἰδώς, certe improbus es, (du biſt doch ein Schalk, quod blandiente vultu dicitur familiariter,) nec es aliquis ἀπαίδευτος, du biſt ein loſer Vogel: man ſiehet wohl, du biſt in die Schule gegangen: & loquitur Calypſo blande ad Ulyſſem.

V. 183.

Οἷον δὴ τὸν μῦθον ἐπεφράσθης ἀγορεῦσαι; qualem tandem iſtum ſermonem induxiſti in animum proloqui? commentus es? ὡς ἐπιφρασσαίατο βȣλήν, ut intelligerent & cognoſcerent voluntatem & conſilium regis. *Il.* B. 282. ἵνα γάρ σφιν ἐπέφραδον ἠγερέεσθαι, ibi enim illis dixi, ut congregarentur. *Il.* K. 127.

V. 184.

Ἴστω νῦν τόδε Γαῖα καὶ Οὐρανὸς κ. τ. λ. in jurejurando. Sciat nunc hoc Terra & Cœlum &c. Vide ad *Il.* O. 36. T. 258.

V. 185. 186.

Vide ad *Il.* O. 37. 38. Ξ. 271.

V. 188.

Τὰ μὲν νοέω καὶ φράσσομαι, ἅσσ' ἂν ἐμοί περ Αὐτῇ μηδοίμην, ea in mente habeo, & conſulere ſoleo, immo & conſulam tibi, quæ ſane mihi Ipſi conſulta velim.

Digitized by Google

V. 189.

Ὅτε με χρειὼ τόσον ἵκοι, ſi me neceſſitas tantopere urgeret: ſi mihi ita opus eſſet. Vide ad *Od.* Δ. 312.

V. 190.

Καὶ γὰρ ἐμοὶ νόος ἐςὶν ἐναίσιμος, Etenim mihi mens eſt juſta, & æqua, & humana. Vide ad *Od.* B. 122. & 159.

V. 191.

Θυμὸς - σιδήρεος, Animus - ferreus, *i. e.* immitis, crudelis. σιδήρεα δέσματα, ferrea vincula, *i. e.* robuſtiſſima, firmiſſima. *Od.* A. 204. κραδίη - σιδηρέη, cor fortiſſimum. *Od.* Δ. 293.

Ἐλεήμων, ονος, ὁ, ἡ, miſericors.

V. 193.

Vide ad *Od.* B. 406.

V. 201.

Τάρπησαν, *Od.* Γ. 70.

V. 202.

Τοῖς - μύθων ἦρχε, (*pro* ἐν τοῖς) Inter hos, *vel in Dat.* his, ad hos, erga hos, cœpit loqui. ἤρχετο μύθων, *Od.* A. 367.

V. 204.

Οὕτω δὴ οἶκόνδε] *Siccine revera domum &c.* Conf. PALAIR. *ad Matth. XXVI.* 40. Οὕτως ἐκ ἰσχύσατε;

V. 205.

Σὺ δὲ χαῖρε καὶ ἔμπης, tu vero bene vale omnino.] τὸ ἔμπης, ὃ καὶ ἔμπα λέγεται, ἐν τέτῳ τῷ τόπῳ ὅμως σημαίνει. *Schol.* MSS. apud *Barneſium.* Quæ ſi vera ſit interpretatio, ſententia erit: *Quamvis diſcedere & me linquere paras, opto tibi nihilominus omnia bene cedant.* Vide ad *Il.* Ξ. 174. CLARK.

V. 206.

Εἰδείης, ſcires.

Αἶσα, fatale *eſſet*, deſtinatum *ſit.*

V. 207.

Κήδε' ἀναπλῆσαι, Moleſtias exhaurire, ærumnas exantlare. αὐτὸς μὲν ἀναπλήσας κακὰ πολλὰ, *Il.* O. 132. ποτμον ἀναπλήσαντες, fato ſuo expleto, morte functi: τελευτὴν θανάτε ἰδόντες, da ſie ihr Schickſal erfüllet, ihre Tage vollendet. ut ἀναπλῆσαι ſæpe ſit τελευτῆσαι, τελειῶσαι, πληρῶσαι,

Digitized by Google

ῥῶσαι; *Il.* Α. 263. μοῖραν ἀναπλήσῃς βιότοιο, deſtinatam tibi portionem vitæ adimpleveris. *Il.* Δ. 170.

v. 209.

Ἱμειρόμενός περ ἰδέσθαι Σὴν ἄλοχον, quantumvis cupidus ſis videndi Tuam uxorem. ἧς ἱμείρεται αἴης, deſiderat patriam ſuam. *Od.* Α. 41. θανέειν ἱμείρεται, mori cupit, *ſcil.* ſi ſemel modo vidiſſet procul patriam. *ibid.* 58. 59.

v. 210.

Τῆς αἰὲν ἐέλδεαι, nach deren du dich ſehneſt, cujus usque deſiderio teneris. ἐελδόμενος, *Od.* Α. 409. ἐέλδετο γάρ σε ἰδέσθαι, deſiderabat enim te videre. *Od.* Δ. 162.

v. 211.

Οὐ μέν θην κείνης γε χερείων εὔχομαι εἶναι, Οὐ δέμας, ὐδὲ φυήν, inquit Calypſo, comparans ſe cum Penelope. Sic Rex de Chryſeide, in comparatione cum regina: ὀυκ αὐτῆς ἐςὶ χερείων ὐ δέμας, ὐδὲ φυήν, ὔτε φρένας, ὔτε ἔργα, non ea eſt inferior corporis proportione & habitudine, non ſtatura, non pectore, non artificiis. *Il.* Α. 114. 115. nam τὸ δέμας eſt plena membrorum figura, wohl bey Leibe. Φυὴ vero apta ſtatura.

v. 215.

Μή μοι τόδε χώεο, ne iraſcere mihi ob hoc.

v. 216.

Περίφρων, *Od.* Α. 329.

v. 217.

Εἶδος σεῖο (σῦ) ἀκιδνοτέρη, facie & forma multo deterior te, multo inferior. ἀκιδνὸς, ἡ, ὸν, vilis, non ſpecioſus, miſere habitus: ſchlecht, unanſehnlich, übel beſchaffen und zugerichtet. propr. hæc vox de aſpectu non ſatis honeſto aut pulcro ponitur.

Εἰς ἄντα ἰδέσθαι, *pro* εἰσιδέσθαι, adſpici coram. ἄντα παρειάων σχομένη — da ſie vor die Wangen gezogen hatte. — *Od.* Α. 334.

v. 218.

Ἀγήρως, *contr.* pro ἀγήραος, *v.* 136. *huj. Libri.*

v. 220.

Νόστιμον ἦμαρ ἰδέσθαι, reditus diem videre [: *Diem videre* ex uſu phraſeos græcæ eſt, *diem* ſeu *tempus aliquod vivendo attingere.* KYPKE *Obſ. S. Tom. I. in Joh. VIII.* 56.

Digitized by Google

Ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν. Νόστιμον ἦμαρ, *Od.* Α. 9.

v. 221.

Ει - τις ῥαίησι Θεῶν ἐνὶ - πόντῳ, *ſcil.* τὴν νῆα ἐμὴν, Si quis Deorum frangeret mihi navem in mari. ἀμφὶ καυλὸν ἐῤῥαίσθη φάσγανον, ad capulum frangebatur gladius. *Il.* Π. 339.

v. 222.

Ταλαπενθέα θυμὸν, animum adſuetum malis. ταλαπενθὴς, έος, ὁ, ἡ, qui luctum ſuffert, & ſufferre poteſt. ex ταλάω, fero: & πένθος, luctus.

v. 225.

Vide ad *Od.* Γ. 329.

v. 226.

(ἐν) Μυχῷ σπείους, in interiore parte ſpeluncæ. Vide ad *Od.* Δ. 304.

v. 227.

Τερπέσθην φιλότητι, honeſta circumlocutio concubitus. Παρ' ἀλλήλοισι μένοντε, *pro* μένοντε παρὰ ἀλλήλοις, pernoctantes una ambo, Ulyſſes & Calypſo.

v. 230.

Ἀργύφεον φάρος, candidam ſtolam. ἀργύφεον σπέος, *Il.* Σ. 50. ubi ſic vocatur domus ſubmarina Nereidum, quæ ut alba & reſplendens intus a Poëta ſiſtitur, ὡς φασφόρον καὶ λευκὸν φαινόμενον.

v. 231.

Λεπτὸν, καὶ χαρίεν, (φᾶρος) Tenuem, & venuſtam, (ſtolam) λεπτὸς. *Il.* Ι. 657. Κ. 226. χαρίεις, *Od.* Γ. 58. Περὶ δὲ ζώνην βάλετ' ἰξυῖ Καλὴν, zonamque circumpoſuit lumbis Pulchram.

Ἰξὺς, ύος, ἡ, lumbus.

v. 232.

Καλύπτρην, *Il.* Χ. 406.

v. 233.

Μήδετο πομπὴν, curabat dimiſſionem & auxilium, quo abiret.

v. 234.

Δῶκε μέν οἱ πέλεκυν κ. τ. λ. ad ligna cædenda & navem ædificandam. πέλεκυς, *Il.* Γ. 60.

Ἀρμε-

Digitized by Google

Ἄρμενον ἐν παλάμῃσι, ſecurim aptam dedit ei manibus tractandam, ita *Il.* Σ. 600. τροχὸν ἄρμενον, *pro* ἀρόμενον, rotam aptam & accurate factam, & additum ἐν παλάμῃσι, quod poteſt trahi ad ſequens πειρήσεται, tentabit figulus rotam ſuam manibus. Poteſt & ad ἄρμενον, aptatam manibus, ut commode manibus tractari poſſit.

Παλάμη, *Od.* B. 10.

v. 235.

Ἀμφοτέρωθεν, *Il.* E. 726.

Ἀκαχμένον, acie munitam. Vide ad *Od.* A. 99.

v. 236.

Στειλειὸν, ȣ, τὸ, Manubrium: der Stiel am Biel oder Axt. a ςέλλω, apto, inſtruo.

Ἐλάϊνος, *Il.* N. 612.

Εὖ ἐναρηρὸς, bene inſertum in bipennem: da er den Stiel an die Axt eingefüget. Alii legunt ἐπαρηρὸς. & eſt præt. part. Med. Paſſive. v. ἐνάρω, apte inſero *vel* adjungo.

v. 237.

Σκέπαρνον, ȣ, τὸ, aſcia, ein Handbeil. & differt a τῷ πελέκει, ut minus a majori. a σκάπτω, fodio: excavo.

Εὔξοος, Vide ad *Od.* Δ. 590.

Ἦρχε δ' ὁδοῖο, præibat.

v. 238.

Νήσȣ ἐπ' ἐσχατιῆς, in extrema parte inſulæ: ἐπὶ ἐσχάτων μερῶν τῆς νήσȣ.

Ὅθι δένδρεα μακρὰ πεφύκει, ubi proceræ arbores alte excreverant: wo hohe Bäume ſtuhnden.

v. 239.

Κλήθρη, ἄιγειρος, *v.* 64. *huj. Libri.*

Ἐλάτη - ȣρανομήκης, abies - usque in cœlum procera. ἐλάτη, *Il.* E. 560. eine Tanne, dicta ab ἐλάω, quia in altum protruditur, weil ſie hoch in die Höhe treibet, & quia ejus lignum ad remos faciendos aptum: hinc & notat *remus*, ein Ruder; ad quam notionem ipſum etiam Etymon multum confert; nam remus ἐλάει *vel* ἐλαύνει τὴν νῆα, protrudit navem.

Οὐρανομήκης, εος, ὁ, ἡ, altus & procerus valde: ſehr hoch in die Luft reicheud oder ſich erſtreckend. ex ȣρανὸς & μῆκος, εος, τὸ, longitudo.

V. 240.

Ἀυος, *Il.* M. 137.

Ἀυα παλαι, (δένδρεα,) jam dudum ſiccæ & emortuæ (arbores)

Περίκηλος, ε, ὁ, ἡ, totum aridus & facile ardens. δένδρεα περίκηλα, *i. e.* ἄγαν ἐπιτήδεια εἰς τὸ κῆαι, περισσῶς κατεσκληκότα, quæ admodum bona ad ardendum ligna præbere poſſent: & hinc etiam commoda ad aſſeres ſecandos, & ad trabes, ut navis inde ædificetur.

Τά οἱ πλωοιεν ἐλαφρῶς, quæ ei natarent leviter. de lignis ad navem faciendam adhibendis. πλῶον, *pro* ἔπλωον, *Il.* Φ. 302.

Ἐλαφρῶς, *adv.* agiliter, celeriter. ab ἐλαφρὸς, levis, velox.

V. 242. *ſqq.*

De fabrica navis Ulyſſeæ & navigatione lege Cl. *Riccii* Diſp. Homer. XLIX. ERN.

Τάμνετο δῦρα, cædebat ligna, arbores.

Θοῶς δέ οἱ ἤνυτο ἔργον, celeriter vero ei perficiebatur opus. θοῶς, *Il.* Γ. 325.

Ἤνυτο, *per Sync.* pro ἠνύετο. ὅσον ἤνυσε ναῦς, quantum viæ conficere ſolet navis, ſo viel ein Schiff zuenden pfleget. *Od.* Δ. 357. ὐκ ἀνύω φθονέυσα, nihil proficio invidendo. ich komme nicht zum Ende, da ich hin will. *Il.* Δ. 56.

V. 244.

Εἴκοσι δ' ἔκβαλε πάντα, Viginti autem dejecit *arbores* (δένδρεα) omnes,] *Arbores non minus viginti dejecit.* Vel, ut reddit *Barneſius*: *Viginti arbores ipſas.* Vide ad *Il.* H. 161. Σ. 373 & 470. CLARK. in allem zwanzig Stück hat er gefället, ad navem ædificandam.

Πελεκάω, & *Æol.* ac *Poët.* πελεκκάω, ſecuri cædo. πελέκκησσε (*pro* ἐπελέκησε) δ' ἄρα χαλκῷ. Præceſſerant tres phraſes, notantes dejectionem arborum: ut ergo appareat, πελεκᾶν eſſe, materiam cæſam aptare incipere ex arte tectonica, beſchlagen. & hoc verbum propr. de lignis, quæ præparat faber ad ædificandum. πελεκίζω vero ponitur de animatis, quæ ſecuri feriuntur.

V. 245.

Digitized by Google

v. 245.

Ξέσσε (*pro* ἔξεσε) δ' ἐπιςαμένως, Levigavitque artificioſe, trabes *ſcil.* & tabulas, ad ædificandum navigium. v. ξέω, rado, polio, plano: quod faciunt maxime fabri lignarii.

Ἐπιςαμένως, v. 25. *huj. Libri.*

Σῖάθμη, *Il.* O. 410.

Ἐπὶ ςάθμην ἴθυνε, ad normam direxit: er machte es gerade nach der Schnur.

v. 246.

Ἔνεικε, attulit. ἐνείκῃ, *Od.* B. 329.

Τέρετρον, ου, τὸ, terebra, ein Bohrer. a τερέω, i. e. τρυπάω. quod a τρέω, verto, torqueo.

v. 247.

Τέτρηνεν δ' ἄρα πάντα, (in navigio faciendo,) Terebravit vero deinceps, *vel* ut oportebat, omnia ad eam ædificationem pertinentia ligna. v. τετραίνω, terebro, exaſcio ſcienter, opus facio τῷ τερέτρῳ.

Ἥρμοσεν ἀλλήλοισι, *ſcil.* τὰ ξύλα, conjunxit arcte & firmiter ligna, ut fieret navigium. ἁρμόζετο - σχεδίην, *v.* 162. *huj. Libri.*

v. 248.

Γόμφος, ου, ὁ, Clavus paullo craſſior.

Γόμφοισιν - τήν γε καὶ ἁρμονίῃσιν ἄρηρεν; clavis & commiſſuris firmavit navigium, ut cohærerent partes ejus. Θεοί εἰσιν ἐπίσκοποι καὶ μάρτυρες ἁρμονιάων, *pro* ἁρμονιῶν, Dii ſunt teſtes & inſpectores pactorum. *Il.* X. 255. *coll.* 261.

v. 249.

Ὅσσον τις — Τόσσον ἐπ', i. e. ἐφ' ὅσον διάςημα χρόνου — Ἐπὶ τόσον, per quod ſpatium temporis aliquis — Per tantum temporis &c.

Ἔδαφος νηὸς, imus fundus navis. ἔδαφος, εος, τὸ, ſolum, fundus, der Boden.

Τορνόω, rotundum fabrico. item in genere, circumdeſcribo, περιγράφω.

Ὅσσον τίς τ' ἔδαφος νηὸς τορνώσεται ἀνὴρ φορτίδος εὐρείης; Quanto temporis ſpatio aliquis cavum faciet ventrem imum Navis onerariæ capacis: κατασκευάσει τορνοειδὲς, i. e. ςρογγύλον, καὶ οὐ κατὰ τὰς ἰδίως λεγομένας μακρὰς ναῦς,

 navem

Digitized by Google

navem non ſimilem longis navibus ſic dictis ad uſus bellicos; ſed magis rotundam. Et comparatio Poëtæ hoc vult: quantum temporis alius naupegus impendit ad imum fundum navis onerariæ faciendum: tantum temporis Ulyſſes impendebat ad totam navem ſuam abſolvendam; ut ſtrenuitas heroica in ædificando oſtendatur. Verbum ipſum *h. l.* eſt metaphoricum, ut elaborationem in genere denotet artificioſam. Magis proprie eſt *Il.* Υ. 255. τορνώσαντο δὲ σῆμα, monumenti ſepulcralis tumulum deſignarunt circulo: ut notetur τὸ κυκλοτερῶς διαγράψαι.

V. 250.

Φορτὶς, ίδος, ἡ, navis oneraria, ein Fracht-Schiff. ἡ πρὸς ἐμπορικὸν φόρτον ναυπηγηθεῖσα.

Τεκτοσύνη, ης, ἡ, fabricatio, ars fabricandi. Eſt nomen generis, ex contextu determinandum. ἀνὴρ εὖ εἰδὼς τεκτοσυνάων, vir peritus ſtructurarum. & *h. l.* τὴν ναυπηγικὴν τέχνην notat.

V. 252.

Ἴκρια δὲ σήσας, Tabulata vero conſtituens, tabulas autem ſtare faciens. Vide ad *v.* 163. *huj. Libri.*

Ἀρῤῥὼν θαμέσι σαμίνεσσι, adaptans eas (tabulas) denſe ſtantibus ſtatuminibus. θαμὴς, *Il.* Κ. 264.

Σταμὶν, ῖνος, ἡ, ſtatumen, lignum erectum in navis latere, cui affiguntur aſſeres, & cui incumbit tabulatum: ein Seitenbalke im Schiffe.

V. 253.

Ἐπηγκενὶς, ίδος, ἡ, aſſer longus, tabula longa perpetua: & in re naupegica ſunt tabulæ, quæ a prora ad puppim in latere navigii non nimis magni pertingunt, & latus navigii claudunt. μακρῇσιν ἐπηγκενίδεσσι τελεύτα. Sermo de navigio, quod ipſe ſibi Ulyſſes ædificabat, & quod tabulis longis affigendis tandem ad perfectionem perducebat. Poſſunt & eſſe tabulæ, quibus ſuperne conſternitur navigium.

V. 254.

Ἐν δ᾽ ἱςὸν ποίει, Elaborabat malum in navi habendum.

Ἐπίκριον ἄρμενον αὐτῷ, antennam aptam ad eum. ἐπίκριον,

Digitized by Google

κριον, ȣ, τὸ, antenna: τὸ κέρας τȣ͂ ἱςȣ͂, τὸ ἐπὶ τῷ ἰκρίῳ (malo) ὂν, quod vulgo κεραλώριον vocatur.

v. 255.

Πρὸς δ', Et inſuper: noch dazu: über dem. πρὸς ſæpe *Adverbialiter*, ſine caſu, ponitur. ita *Il.* E. 307. N. 678. X. 59.

Πηδάλιον, *Od.* Γ. 281.

v. 256.

Φράξε (*pro* ἔφραξε) δέ μιν (αὐτὴν τὴν σχεδίαν) ῥίπεσσι, Obſepſit id navigium virgultis, ut eo minus humor poſſet penetrare. Φράσσω, *Il.* M. 263. N. 130. P. 268.

Ῥὶψ, ῥιπὸς, ἡ, vimen flexile & facile vergens, quo manus vel ventus vult, ramus ſalignus. Hagen, Ruthe von Bachweiden. a ῥίπτω, vel ῥέπω.

Διαμπερὲς, totam (naviculam.)

Οἰσύϊνος, η, ον, ex ſalice. ab οἰσύα, ας, ἡ, ſalix: eine Wiede, Hagen.

v. 257.

Κύματος εἶλαρ ἔμεν, Ut eſſet munimentum contra undam & fluctum, ein Schutz wider die Wellen: πρὸς τὸ ἀπείργειν τὸ κῦμα. Πύργȣς ὑψηλȣ̀ς, εἶλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν, muros altos, propugnaculum & defenſionem navium & ipſorum. *Il.* H. 338.

Πολλὴν δ' ἐπεχεύατο ὕλην, multam ſuperſtravit materiam, ligna. de navigio per Ulyſſem ædificato, quo ſolus proficiſceretur ex ea inſula. Ballaſt: ad gravitatem addendam navigio, nullis mercibus aut aliis rebus onuſto, ut tutius tranſire mare poſſet. ὕλη δὲ σπέος ἀμφιπεφύκει τηλεθόωσα, *v.* 63. *huj. Libri*, ubi de ſubterranea habitatione commoda Calypſus ſermo eſt.

v. 258.

Φάρεα *h. l.* vela, *i. e.* σπεῖρα, καὶ λίνα, ὧν χρεία τοῖς πλέυσιν, ὑφάσματα, ἐξ ὧν ἀπαρτισθείη ἂν ἱςίον. Tücher zu Segeln.

v. 259.

Ὁ δ' εὖ τεχνήσατο καὶ τὰ, ille autem apte elaborabat & iſta (vela.) ταῦτα δ' αὐτὸς ἐγὼν τεχνήσομαι ἠδὲ νοήσω, will ich meiſterlich zu machen wiſſen und zu bedenken. *Il.* Ψ. 415. τεχνάω, artificioſe fabricor & conficio.

v. 260.

Digitized by Google

v. 260.

Ὑπέρα, ας, ἡ, funis ille nauticus, quo antenna circumagitur & regitur. nam is funis eſt ſupra vela, ad cornua antennæ.

Ὑπέρας] Sunt funes, quibus antennæ ad malum adligantur; vel, ut *Cæſar* loquitur, B. G. III. 14. deſtinantur. ERN.

Κάλος, ου, ὁ, funis nauticus, *in ſpecie* quo velum ad antennam vel attrahitur vel demittitur.

Πόδες *h. l* duo funes dependentes ab extremo velo utrinque, quibus velum vento impletum infra alligatur; & prout ventus declinat ad latus, laxatur paululum is alter funis. ERN. funes, quibus anguli extremi velorum verſus puppim ducuntur.

v. 261.

Μοχλὸς, οῦ, ὁ, vectis, lignum longum quo quid molimur & movemus, ein Hebebaum. *item*, obex grandior, quo admoto vel remoto claudimus vel reſeramus fores, ein Riegel.

Καθερύω, detraho, deduco.

Ἅλα δῖαν] Vide ad *Od.* Γ. 153.

Nautæ olim naves in mare impellebant, eas humeris ſuffulcientes. — Aliquando id peragebant phalangis vectibusque ligneis, ſuper quos naves provolutæ in altum immittebantur, iſti vectes vocati Φάλαγγες, Φαλάγγια, *Heſychio*, *Polluci*, & juxta *Homerum*

Μοχλοῖσιν δ' ἄρα τήν γε καθείρυσεν εἰς ἅλα δῖαν,

Vectibus ſane hanc deduxit in mare vaſtum.

Verum, magnis incommodis ac difficultatibus, quæ inde oriebantur, diminuendis, Archimedes Syracuſanus de ſuis popularibus bene meritus eſt pro adinventa artificioſa machina dicta *belice*, qua naves e littore facillime deducebantur, juxta *Plutarchum in Marcello* & *Athenæum*, idque dicebant τὴν πρύμναν κινεῖν, ſeu καθερύειν εἰς ἅλα. POTT. *Tom. II. p.* 122.

v. 262.

Τέτρατον ἦμαρ ἔην, καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα.

Quartus dies erat, quum illi omnia abſoluta eſſent. Conf. KYPKE *Obſ. S. Tom. I. p.* 311. PALAIR. *Obſerv. p.* 211.

Nonne

Nonne vero, inquiet aliquis, *abſurdum*, *indecorum*, *incredibile* habeatur, quod *de Ulyſſe ratem conſtruente* Homerus narrat? *Abſurdum*; unde enim artem illam calleret? *Indecorum*; nam virum, regni ſceptro pollentem, ſordidæ artis exercitatio dedecuiſſe videtur. *Incredibile*; quatuor ſiquidem diebus & arbores cæcidiſſe & diſſecuiſſe, & ratem fabrefeciſſe perhibetur. Ne igitur *tria* hæc fucum faciant adoleſcentibus, Antiquitatis rudibus, breviter refellam. Πολυμήχανον paſſim Homerus appellat Ulyſſem, quod non ſolum *verſipellem* ſignificat, *vafrumque*, ſed *multa* etiam *ſcientem*; *quæ labore manuum peragantur*. Quid igitur *mirum*, ſi artem fabrefaciendi ligna calleret, cum præſertim adeo navigationi conducat? Præclariſſimus Ruthenorum Imperator *Petrus* cognomine *Magnus*, cum in Batavia verſaretur, (nam mores hominum multorum vidit & urbes, Ulyſſis exemplo) hujusmodi artem addiſcere, & in ea ſolertiſſime exerceri, non minus glorioſum quam utile ſibi putavit. Potuit igitur hic ſapientiſſimus Princeps recentiſſimo Seculo luxu ſuperbiaque diffluente ſtudium ejus artis ſibi turpe non ducere: Ulyſſi vero *turpe* fuerit atque *indecorum*, qui triginta ferme abhinc Seculis vixit, quibus luxus ac ſuperbia morum ſimplicitatem nondum corruperat? *Iliados Libro V.* inclytis belli gloria viris, ipſisque Heroibus, accenſere Phereclum, qui inſignis erat faber lignarius, non dubitavit Vates, eique illuſtre nomen tribuere, &, quo genere ortus eſſet, referre. Nihil ſiquidem ſordidum atque inglorium ſubeſſe utilibus artibus arbitrabantur Veteres, ſolique otio imperitiæque rerum vitæ conducibilium *turpitudinis* notam aſpergebant. *Nec fidem ſuperat* opus quarto die abſolutum. Hiſtoria (ut animadvertit *Daceria*) exempla nobis ſuppeditat rerum longe difficiliorum, ad quas brevi tempore perficiendas per ſe ſolos, omni prorſus auxilio deſtitutos, multos impulit neceſſitas. Quod ſi quis ex Recentiorum artificum ignavia inertiaque Veterum ſolertiam metiri volet, errabit quam maxime: in hac ſiquidem Veteres Recentioribus longe mirumque in modum præſtitiſſe certum eſt. Tam vero ſubtiliter, tantaque vocum proprietate, artisque peritia deſcriptionem

hanc

Digitized by Google

hanc concinnatam dedit Vates, ut nullus in ea arte exercitatiſſimus homo ratem melius potuerit extruere, quam extruentem inducit Ulyſſem. Cum autem conſtructa navis egeret velo, lintea, quibus conficeret, dedit Calypſo, ſimulque veſtes, cibum potumque, navigationis viatica benigne præbuit. RICC. *Tom. III. p.* 59. *ſqq.*

V. 264.

Εἵματά τ' ἀμφιέσασα θυώδεα, Veſtibusque induens odoratis. θυώδης, *Od.* Δ. 121. ubi diæta reginæ magnificæ deſcribitur, fragrans fortaſſe ob aſſeres cedrinos, quibus pavimentum aut parietes erant inducti; vel quia aſſidue odores ibi ſpargebantur & urebantur.

V. 265.

Ἀσκὸς, *Il.* Γ. 247.

Οἶνος μέλας, *i. e.* ἐρυθρός. *coll.* 165. *huj. Libri.* μέλας ἕσπερος, *Od.* Α. 423. μέλανος θανάτοιο, *Il.* Β. 834.

V. 266.

Ἐν δὲ καὶ ἦϊα κωρύκῳ, & viatica In pera. ἄλφιτα, Meel oder Brodt im Sacke.

V. 267.

Κώρυκος, ου, ὁ, pera, ein lederner Sack, ein Ranzen. a χωρεῖν, capere, recipere. *Jonice* mutato χ.

Ὄψα — μενοεικέα πολλά, multa obſonia appetitui convenientia. præcedunt ἦϊα, viatica, ut genus amplum, cujus ſpecies ſunt τὰ ὄψα. ὄψον, *Od.* Γ. 480. μενοεικής, *v.* 166. *huj. Libri.*

V. 268.

Οὖρον — ἀπήμονά τε λιαρόν τε, Ventum — innocuum & tepidum: qui fortaſſe erat ὁ Νότος, nam ex meridionalibus navigandum jam erat. ὕπνον ἀπήμονά τε λιαρόν τε, *Il.* Ξ. 164.

Λιαρὸς, *Il.* Λ. 477.

V. 269.

Γηθόσυνος, *Il.* Δ. 272.

V. 270.

Ἰθύνετο, dirigebat. *Attice* pro ἴθυνε.

Τεχνηέντως, *adv.* artificioſe, ſcienter: Kunſtmäßig. a τεχνήεις, artificioſus.

Digitized by Google

V. 271.

Ὀυδέ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε, neque ei ſomnus palpebris incidebat.

V. 272.

[Βο]ώτης, eſt aſtrum magnum, quod dicitur ὀψὲ δύων, quia diu poſt occaſum aliorum ſiderum ſecum orientium, totum occidit.

V. 273.

Ἄρκτος, *Il.* Σ. 487. ἅμαξα, *Il.* Η. 426.

(κατὰ) Ἐπίκλησιν, cognomento. *Il.* Η. 138. Π. 177. Χ. 29. & 506.

V. 274.

Αὐτȣ̃, ibidem.

Δοκεύει, ſpectat intento oculo, *ὡς θηρίον τὸν κυνηγέτην, κατά τι δέος. δοκεύω, Il.* Θ. 340.

V. 275.

Οἴη δ' *ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο, Il.* Λ. 489. *λοετρὸν, Il.* Ξ. 6.

V. 277.

Ποντοπορευέμεναι, *pro* εν, Navigare. V. *ποντοπορεύω*, mare tranſeo.

Ἐπ' *ἀριστερὰ χειρὸς ἔχοντα*, ad ſiniſtram manum habentem.

V. 278.

Ἑπταδεκαίδεκα, Septendecim. *pro ἑπτακαίδεκα, interſerto* δε.

V. 268 — 278.

Quinto die, poſtquam navim extruere cœpit Ulyſſes, ſolvit a littore, ac ſiniſtrorſum in mari tendens, ut Dea monuerat, totis ſeptendecim diebus proſpera uſus eſt navigatione, nam ſecundum ferentemque ventum Calypſo immiſerat. Sed ecce *gemina difficultas* negotium iterum faceſſit lectori, quomodo poſſet Ulyſſes ratem tamdiu gubernare ſe ſolo, & a ſomno toto illo tempore abſtinere? id enim de illo affirmavit Poëta. Nequaquam abhorret a veriſimilitudine hujusmodi miraculum, & omnino conſimile ex vera hiſtoria refert *Euſtathius*. Vir quidam e Pamphylia a piratis captus, & in captivorum ordinem coactus Tanim Ægypti abductus fuit, atque ibi complu-

Digitized by Google

complures annos commoratus. Sed aliquando patriæ amore vehementer accenſus, ut voti fieret compos, piſcatoriæ artis ſe finxit peritum. Itaque herus naviculam ad piſcandum tradidit. Cumque in ea re utiliſſime illo deſerviret, integra ſibi permiſſa eſt facultas, ut in alto piſcatu ſe exerceret. Tum ille comparato velo, aliisque tam longo itineri neceſſariis, tranquillitatem ſecundumque ventum nactus, remum agere & naviculam regere ſolus incepit, & immenſum illum pelagi tractum emenſus feliciter domum ſuam reverſus eſt. Ob facinus tam inſigne nomen illi permutatum; nam deinceps *Mononautes* appellatus eſt, *nauta* ſcilicet *ſolitarius*. Quod cognomentum ad perennem rei memoriam mox tranſiit in familiam, quæ adhuc *Euſtathii* ætate ſupererat, & *Mononautæ* vocabatur. Quid amplius poſtulandum ad veriſimilitudinem Homericæ narrationis comprobandam? — Quantum vero ad ſomni abſtinentiam, auctoritas *Lycophronis* ſuffragatur; *nauticen* ſiquidem ἄϋπνον τέχνην, *artem inſomnem* nuncupavit; quod tamen ita accipi velim, ut non credamus, prorſus inſomnem illos dies Ulyſſem perduraſſe, ſed eorum pleroſque, ceteris vero identidem leviſſimum ac breviſſimum delibaſſe ſomnum: adeo ut ſermonis exceſſu uſus ſane ultra fidem, ſed non ultra modum, nunquam ſomnum oculis ſuis illum vidiſſe dierum illorum ſpatio, Poëta dixerit. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. p.* 61. *ſq.*

V. 279.

Ὀκτωκαιδεκάτῃ, *ſcil.* ἡμέρᾳ, Decimo octavo *die.*

Ὄρεα σκιόεντα, montes opaci: qui procul apparent nanti per mare. Vide ad *Il.* Α. 157.

V. 280.

Ἄγχιστον, neutr. ſing. adverbialiter. idem quod ἄγχιστα, *Il.* Β. 58.

Ὅθι τ' ἄγχιστον πέλεν αὐτῷ, ubi proximum erat illi: wo es ihm am nächſten war. *i. e.* non nimis procul.

V. 281.

Εἴσατο δ', ὡς ὅτε ῥινόν — Videbatur (terra procul) ſicut ſcutum, cujus umbilicus eſt elatus. & *v.* 283. εἴσατο γάρ οἱ, viſus eſt enim Ulyſſes ab eo, Neptuno.

Dubium

Digitized by Google

Dubium eſt, an *v.* 281. ſequi debeat ῥινὸς, an ῥινόν. Si prius, εἴσατο eſt ἐφάνη: ſi poſterius, εἴσατο eſt *Active* pro ἐνόμισεν, putabat ſic quaſi ſcutum, ut Accuſativus ῥινὸν locum habeat. Accuratiores præferunt prius, & legunt ῥινος. Ceterum notat ῥινὸς, ἀσπίδα ἐκ ῥινῶν πεποιημένην. Si pro Accuſativo tendas, ſtatuenda eſt Ellipſis, ὡς ὅτε ῥινὸν, *ſcil.* ἴδοι, conſpiceret. ——— Similem putabat terram procul viſam, ac ſi ſcutum videret. Sed οἱ Ἰλλύριοι τὴν ῥινὸν dicunt pro τὴν ἀχλὺν, humidam nebulam, nubem. ut ergo *h. l.* eſſe poſſet: apparebat ei ἡ γῆ ὡς ἀχλὺς, wie eine am Horizont liegende Wolke.

Ῥινὸς, *Od. A.* 108.

v. 282.

Ἀνιὼν, reverſus.

Κρείων Ἐνοσίχθων, potens Neptunus.

v. 283.

Τηλόθεν ἐκ Σολύμων ὀρέων] Σόλυμα ὄρη τῆς Πισιδίας. *Schol.* Sunt hi populi inter Lyciam, & Pamphyliam. Aliis Piſidæ dicti poſtea feruntur. *Benedict. Annotat. in Pindar. Olymp. Od.* XIII. *v.* 129. Vide *Strabonem, Geograph. Lib. I.* item *Herodotum, Lib. I. Cap.* 173. CLARK.

v. 284.

Ἐχώσατο κηρόθι, iratus eſt in animo. κηρόθι, *Il.* I. 300.

v. 285.

Κινήσας δὲ κάρη, Quaſſansque caput: quod eſt θυμοῦ ἐνδεικτικὸν, ſchüttelte den Kopf. κάρη, *Il.* B. 259.

v. 286.

Μεταβουλεύω, aliud conſilium capio: beſchlieſſe nachher anders.

v. 287.

Ἀμφὶ, *cum Dat.* De.

v. 288.

Φαιήκων γαίης σχεδὸν, prope eſt apud terram Phæacum.

v. 289.

Ἐκφυγέειν μέγα πεῖραρ ὀϊζύος, effugere magnum terminum ærumnæ: an das groſſe und weit entlegen geweſene Ende des Jammers zu kommen.

v. 290.

Ἀλλ' ἔτι μέν μιν φημὶ ἅδην ἐλάαν κακότητος, *i. e.* καταπό-

ρως κακῶσαι αὐτὸν, ſed ſtatuo, me eum adhuc ſatis ſuperque agitaturum eſſe in miſeriis. Φημὶ *h. l.* idem notat ac βούλομαι: ich denke, ich bin willens, ihn noch genug im Unglück zu exercieren und zu plagen. πρὶν Τρῶας ἄδην ἐλάσαι πολέμοιο, antequam Trojanos ſatis agitavero pugnando. *Il.* Τ. 423.

V. 291.

Ὣς εἰπὼν, σύναγεν νεφέλας,] Cette deſcription d'une affreuſe tempête ne porte aucune marque de la vieilleſſe d'Homere; il y a au contraire une force de Poëſie dont rien ne peût approcher. Si Homere étoit vieux quand il compoſa ce Livre, il faut dire que ſa vieilleſſe eſt plus jeune que la jeuneſſe des autres Poëtes. DAC. Vid. etiam Hrn. Bodmers Betracht. über die Poetiſchen Gemählde der Dichter, *p.* 241. *ſqq.*

V. 292.

Ὀροθύνω, *Il.* Κ. 332.

V. 294.

Ὀρώρει δ' οὐρανόθεν νὺξ, *i. e.* ἐξ ἀέρος; nam νὺξ *h. l.* eſt σκότωσις ἡ ἐκ τῶν νεφῶν. es wurde die Luft ſehr dunkel.

V. 295.

Εὖρος, Νότος, Ζέφυρος, *Il.* Β. 145. & 147.
Δυσαὴς, ſtürmiſch. Epith. *Zephyri.* *Il.* Ε. 865.

V. 296.

Βορέης, *Il.* Ε. 524.
Αἰθρηγενέτης, Epith. *Boreæ*, idem quod αἰθρηγενὴς, *Il.* Ο. 171. a γενέτης, ου, ὁ, genitor, & αἶθρος, ου, ὁ. ὁ αἶθρον (*i. e.* ψῦχος) ποιῶν, καὶ ὁ αἰθρίας (*i. e.* εὐδίας) αἴτιος.

V. 297.

Ὀδυσσῆος λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ, Ulyſſis ſoluta ſunt genua & charum cor. *i. e.* præ timore vires eum deficiebant. ita *Il.* Φ. 114. *Od.* Δ. 703. λύθη ψυχή τε, μένος τε, vita & robur exſolvebatur. de morte. *Il.* Ε. 296. Hinc & Recentiores τὸ λυθῆναι abſolute ponunt pro *mori.* λῦθεν (*pro* ἐλύθησαν) δέ οἱ ἄψεα πάντα, de ſomno dulci. *Od.* Δ. 794.

V. 298.

Ὀχθήσας, Suſpirans & ingemiſcens, λυπηθείς. Cohæret plerumque & notio indignationis alicujus, aut iræ. ὀχθέω. *Od.* Δ. 30.

V. 299.

Digitized by Google

v. 299.

Ὢ μοι ἐγὼ δειλὸς, Heu me miſerum! δειλὸς, *Il.* Ε. 293. Τί νύ μοι μήκιςα γένηται; μήκιςα, neutrum plurale Adverbialiter; ſicut Germani: wie wird es doch mit mir in die Länge werden! τίνα μοι κακὰ μείζω γένηται; quæ mala mihi majora naſcentur? τὸν δὴ μήκιςον καὶ κάρτιςον ἄνδρα, hunc ſane proceriſſimum & robuſtiſſimum virum. *Il.* H. 155.

v. 302.

Ἄλγε' ἀναπλήσειν, Me iterum plene accepturum eſſe ærumnas. *i. e.* ἐντελῶς καὶ πληρέςατα παθεῖν πάλιν. recht völlig wieder auszuſtehen haben werde. κήδε' ἀναπλῆσαι, *v.* 207. *huj. Libri.*

v. 303.

Οἵοισιν νεφέεσσι περιςέφει οὐρανὸν εὐρὺν Ζεύς, Qualibus nubibus totum opplet cœlum latum Jupiter! περιςέφω, circa cingo, circa impleo.

v. 304.

Ἐπισπέρχουσι δ' ἄελλαι Παντοίων ἀνέμων, incitant vero ſe & irruunt procellæ Variorum ventorum. *intranſitive.* Ἀντίλοχος πολὺ μᾶλλον ἔλαυνε, κέντρῳ ἐπισπέρχων, *ſcil.* τοὺς ἵππους, Antilochus multo magis agebat, ſtimulo valde urgens, & ad progrediendum incitans. *Il.* Ψ. 430.

v. 305.

Νῦν μοι σῶς αἰπὺς ὄλεθρος, nunc præſens mihi & parata eſt pernicies, nunc plenum mihi adeſt exitium, nunc mihi totus & plenus eſt interitus gravis: das bittere Verderben iſt für mich vollkommen da. Vide ad *Il.* N. 773.

v. 306.

Τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις, Ter beati Danai & quater,] Beatos illos prædicat, qui apud Trojam perierunt, quod cum laude & gloria fortitudinis ac ſepulchri honore (τὸ γὰρ γέρας ἐςὶ θανόντων) ſaltem perierint: ipſe vero nunc ſibi inglorium paratum exitium in mari videat. De hoc autem verſu obſervandum eſt, quod etiam *Giphanius in Scholiis ſuis* meminit, quod apud *Plutarchum, Sympoſiac. Lib. IX. Probl. I.* narratur, in excidio Corinthi Mommium, cum ingenuos pueros, qui litteras noſſent, juſſiſſet ſe inſpectante ſcribere, & puer quidam captivus

Digitized by Google

hunc verſum ſcripſiſſet, Τρὶς μάκαρες &c. ita commotum fuiſſe, ut lacrymas profunderet, omnibusque, qui puerum genere contingebant, libertatem concederet. SPOND.

V. 307.

Χάριν Ἀτρείδῃσι φέροντες, Atridis gratificantes. χάριν δ' ἀνδρεσσι φέροντες, gratificantes hominibus. *Il.* E. 874 hinc eſt accuſativus ellipticus. ex. gr. σοῦ χάριν ποιῶ τοῦτο, *i. e.* διὰ τὴν χάριν, ἵνα σοὶ χαρίσωμαι. dir zu gefallen. gratificans tibi: & notat plus quam ἕνεκα, involvit enim gratificationem, non vero cauſam ſolam. Φέρων χάριν, *Il.* E. 211. τοῦ δὴ νῦν λαοῖσι φέρεις χάριν; *Il.* Φ. 458.

V. 308.

Ὡς δὴ ἔγωγ' ὄφελον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν, Utinam ego mortuus fuiſſem, & fatum obiiſſem!

V. 309.

Ἤματι τῷ, ὅτε — *Il.* Γ. 189.

Χαλκήρεα δοῦρα, æratas haſtas, ex ære aut ferro apte conſtructas haſtas. ἰοὺς χαλκήρεας, ſagittas ferratas. *Od.* A. 262.

V. 310.

Ἐπέρριψαν ἐμοὶ, adverſus me conjecerunt. ἐπιρίπτω, injicio, contra jacio.

V. 311.

Τῷ κ' ἔλαχον κτερέων, Tunc ſane nactus eſſem ſupremos honores mortuus.

Καί μευ κλέος ἦγον Ἀχαιοί, & gloriam meam celebraſſent Achæi, cantibus ſolennibus. (Conf. *Il.* X. 392.) ut ergo ἄγειν in ſpecie & ſit, choros laudatorios & triumphales ducere: celebrare honorem alicujus.

V. 312.

Λευγαλέῳ θανάτῳ] *Fœda morte:* quia in undis imminet & in naufragio; quod genus mortis timuiſſe veteres vulgo notum eſt. ERN. morte miſera; de morte in aqua. De morte in pugna, *Il.* Φ. 281. λευγαλέοι ἐσόμεθα, igitur & denique erimus morti traditi, ſine forti defenſione propria: erimus traditi εἰς τὸ λέγεσθαι (*i. e.* κοιμᾶσθαι) νήγρετον, ut decumbamus ſomno inexcitabili. *Od.* B. 61. Εἵμαρτο, *Il.* Φ. 281. ἁλῶναι, *ibid.*

V. 313.

v. 313.

Ἔλασεν μέγα κῦμα κατ' ἄκρης] κατὰ κεφαλῆς· ἢ ἀντὶ τοῦ ὅλον. καὶ γὰρ, κατ' ἄκρας πόλιν ἑλεῖν, φαμέν. *Schol.* Vide ad *Il.* Π. 548. CLARK. Huc reſpexit *Virgil. Æn. I.* 118. *ingens* a vertice *pontus in puppim ferit.* μέγα κῦμα eſt *ingens pontus*, κατ' ἄκρης *a vertice*, & ἔλασε *ferit*: unde Grammatici interdum ἐλάσαι interpretantur πλῆξαι ERN. ingens unda pepulit eum in ſuprema ejus parte, ſchlug ihm über den Kopf, ἔπληξεν αὐτὸν κατὰ κεφαλῆς. Vel potes hæc verba κατ' ἄκρης *adverbialiter* intelligere, extremo gradu, plenarie: aufs äuſſerſte. κατ' ἄκρης. *Il.* O. 557. X. 411.

v. 314.

Δεινὸν (*i. e.* δεινῶς) ἐπεσσύμενον (κῦμα,) Horribiliter advolvens ſe & irruens.

Περὶ δὲ σχεδίην ἐλέλιξεν, omnem contremiſcere fecit ratem, imo & circumvertit. περιελελίσσω, circum motito, circum verto.

v. 318.

Σπεῖρον — ἔμπεσε πόντῳ, velum incidit in mare. αἴκεν ἄτερ σπείρου κεῖται, ſi jaceat corpus mortui ſine involucro digno. *Od.* B. 102. ubi ſermo eſt de heroe Laërte, & de veſte, quam Penelope texebat, ut in ea aliquando mortuus ille contegeretur. ut ergo non vile quid, ſed πολυτελὲς ἱμάτιον per hoc generale nomen indicetur. σπεῖρα κάκ' ἀμφ' ὤμοισι βαλὼν, *Od.* Δ. 245. ubi per Epitheton determinantur vilia velamina. πτωχικὰ ἀμφιβλήματα, ῥάκη. Eſt ergo per ſe nomen generis, ut textum velamen quodvis notet.

Ἐπίκριον, *v.* 254. *huj. Libri.*

v. 319.

Τὸν δ' ἄρ' ὑπόβρυχα θῆκε πολὺν χρόνον, Ipſum igitur ſubmerſum diu fecit unda. de Ulyſſe, qui ex fracto navigio in mare prociderat. ὑπόβρυχα, neutr. plurale, adverbialiter. ab ὑπόβρυχος, ου, ὁ, ἡ, ab aquis ſonantibus ſubmerſus. ab ὑποβρύχω, cum ſono aliquo operio aquis largis.

Οὐδὲ δυνάσθη Αἶψα μάλ' ἀνσχεθέειν, neque poterat Nimis cito emergere.

Digitized by Google

V. 320.

Ἀνσχεθέειν (*pro* ἀνασχεθεῖν, aor. 2. infinit.) emergere. *i. e.* ἀναδῦναι, ἀνελθεῖν, & quaſi ἀνατεῖλαι, wieder in die Höhe kommen unter der Welle heraus. erigere ſe ex aqua, qua merſus erat. ἀνέσχεθε σκῆπτρον πᾶσι θεοῖς, tollebat ſceptrum verſus Deos: in ſignum, ſe facere eos teſtes. *Il.* H. 412. coll. *Il.* K. 321. & 461. αὐτὰ (ſpolia exuta cæſo) ἀνέσχεθε ὑψόσε χειρὶ Ἀθηναίῃ, in ſignum, ſe dicare ea Minervæ, *coll.* 465. qui erat ritus dedicandi Diis rem mobilem.

Μεγάλυ ὑπὸ κύματος ὁρμῆς, ex impetu magnæ undæ, ex immerſione in fluctum magnum & ex vi altæ undæ.

V. 321.

Εἵματα γάρ ἐ' ἐβάρυνε, Veſtes enim gravabant natantem.

V. 322.

Ὀψὲ δὲ δή ἐ' ἀνέδυ, Sero autem emerſit ex unda: kam wieder in die Höhe. ἀνέδυ πολιῆς ἁλὸς, *Il.* A. 359. ἀνεδύσατο κῦμα — *ibid.* 496.

Στόματος δ' ἐξέπτυσεν ἅλμην, ex ore exſpuebat ſalſam maris aquam. ἅλμη, υ. 53. *buj. Libri.*

V. 323.

Κρᾶς, *Il.* A. 530.

Ἣ (ἅλμη) οἱ πολλὴ ἀπὸ κρατὸς κελάρυζεν, Quæ largiter ex capite ejus defluebat. κελαρύζω, *Il.* Λ. 812. Φ. 261.

V. 325

Μεθορμηθεὶς ἐν κύμασιν, ἐλλάβετ' αὐτῆς, perſequens in undis carinam, apprehendit eam: da er hurtig darhinter her war. μεθορμηθεὶς —— perſequens te in illam urbem, quam deinde diripui. *Il.* Υ. 192.

V. 326.

Τέλος θανάτυ ἀλεείνων, mortem completam devitans.

V. 327.

Κατὰ ῥόον ἔνθα καὶ ἔνθα, ſecundum fluxum undarum in mari huc & illuc: quo ventis agitur unda. ῥόος. *Il.* Λ. 725.

V. 328.

Ὀπωρινὸς Βορέης, autumnalis Boreas. ὀπωρινὸς ἀστὴρ, *Il.* E. 5.

Ἄκανθα, ης, ἡ, ſpina.

Digitized by Google

V. 329.

'Αμπέδιον, *Il.* Ε. 87.

Πυκιναὶ δὲ πρὸς ἀλλήλῃσιν ἔχονται, *i. e.* συνέχονται ἀλλήλαις, denſæ autem invicem cohærent.

V. 330.

'Αμπέλαγος, *pro* ἀνὰ πέλαγος, per mare.

V. 331.

Νότος Βορέῃ προβάλεσκε (*Jon.* pro προέβαλε) φέρεσθαι, Notus Boreæ objecit *vel* prodidit ferendum. προβάλοντο οὐλοχύτας, effundebant corbes repletos mola ſalſa, *Od.* Γ. 447. *Il.* Α. 458. *collato* 449. ἀνέλοντο, elevabant: hüben in die Höhe. quo geſtu quaſi conſecrabantur iſtæ molæ. ſic *Il.* Β. 421. κακὴν ἔριδα προβαλόντες, *Il.* Λ. 529. στῖο νοήματί κεν προβαλοίμην, *Il.* Τ. 218. θεμείλιά τε προβάλοντο ἀμφὶ πυρήν. *Il.* Ψ. 255. ubi id verbum maxime proprie poſitum: nam fundamenta ſunt omnium primum. ut ergo πρὸ prioritatem aliquam in agendo indicet, & ea proprietas & in οὐλοχύτας προβάλοντο locum habere poteſt, nam οὐλοχύται ſunt προθύματα quædam: prius projiciebant.

V. 332.

Εὖρος Ζεφύρῳ εἴξασκε (*Jon.* pro εἶξε) διώκειν, Eurus Zephyro ceſſit, conceſſit, ut perſequeretur.

V. 333.

Καλλίσφυρος 'Ινώ, pulchris talis prædita, *i. e.* pulchris pedibus Ino. καλλίσφυρος Epith. *mulierum formoſarum*, a parte ad totum. *Il.* Ι. 553.

V. 334.

Λευκοθέη, ἣ πρὶν μὲν ἔην βροτὸς αὐδήεσσα, die vormals ein Menſch wie andre war. Alii ſcribunt οὐδήεσσα, *i. e.* ἐπίγειος, in terra habitans. Sed hæc ſcriptio dudum eſt exploſa. Ceterum Leucothea jam erat Dea maris: cujus fabulam & *Ovidius* habet.

'Αυδήεις, qui humano modo & humana dialecto loquitur, & eſt Epitheton *hominum in genere*, quia loquela eſt propria homini, nec communis ei cum aliis animalibus. αὐδὴ eſt λογικοῦ ζώου φωνή. hinc, cum equo per miraculum datur, ut loquatur, dicitur de eo: αὐδήεντα δ' ἔθηκε θεά, loquentem articulate & humano ſermone fecit Dea. *Il.* Τ. 407.

v. 335.

Ἁλὸς ἐν πελάγεσσι, πελάγει ἐν ποντίῳ, in æquore marino.

Θεῶν ἐξέμμορε τιμῆς, præcipue nacta eſt honorem divinum. Dea facta eſt maris. ἐκμείρομαι, præcipua pars tribuitur mihi, præcipue particeps fio.

v. 336.

Ἐλέησεν ἀλώμενον, miſerata eſt huc illuc jactatum & nantem in mari.

v. 337.

Ἄιθυια, ας, ἡ, mergus, magno impetu aquas ſubiens & rurſus emergens.

Εικυῖα, ſimilem faciens ſe.

Ποτὴ, ῆς, ἡ, volatus, profectio celerrima. a ποτάω, volo, accelero. αἰθυίῃ δ' εἰκυῖα, ποτῇ ἀνεδύσατο λίμνης, & mergo ſimilis Dea illa marina, celerrima emerſione emerſit ex aqua. Alii, elegantius fortaſſe, legunt & diſtinguunt εἰκυῖα ποτὴν, ſimilis quod volatum & emerſionem ſubitam attinet. Nam qui adjectivum ποτὸς, ἡ, ὸν, fingunt, & ποτῇ trahunt ad αἰθυίῃ, mergo volucri; audiendi ii non ſunt. Conf ARNAUD *Lect. Græc. p.* 116. *ſq.*

Ἀνεδύσατο λίμνης, emerſit ſe e gurgite, e mari, ex undis. ἀνέδυ, *v.* 322. *huj. Libri.*

v 339.

Κάμμορος, *v.* 160. *huj. Libri.*

Τίπτε τοι ὧδε Ποσειδάων — Ὠδύσατ' ἐκπάγλως; cur tandem tibi ſic Neptunus — Iraſcitur terribiliter? cur te ſic vehementer odit Neptunus?

v. 340.

Ὠδύσατο, *Il.* Σ. 292. τί οἱ τόσον ὠδύσαο, (pro ὠδύσασο, quod Attici contrahunt in ὠδύσω,) Ζεῦ, inquit Pallas ad Jovem de Ulyſſe. *Od. A.* 62. & id pene ἀστείως. nam quia Ὀδυσσεὺς nomen ſuum ab hoc verbo habet, id videri poteſt Pallas dicere: Vere Ὀδυσσεὺς hoc ſuum nomen gerit, ſiquidem tu, o Jupiter! tantopere ὀδύσσῃ αὐτῷ. & *h. l.* poſitum Active: ſuccenſes, odium foves dolorificum, adverſus eum.

Ἐκπάγλως, vehementer, terribiliter. ἐκπάγλως ἀπόλεσαν αὐτοὺς, ſtupenda fortitudine perdiderunt eos Centauros. *Il.* A. 268. τῷ δὲ Ἀχαιοὶ ἐκπάγλως κοτέοντο, ſed principes

Digitized by Google

cipes odio habebant eum mirum quantum, ſie haſſeten ihn überaus ſehr. *Il.* B. 223. εἰ δέ τις ἐκπάγλως ἐθέλει οἶκόνδε νέεσθαι, ſi quis vehementius cupit domum redire. *ibid.* 357.

Ὅτι τοι κακὰ πολλὰ φυτεύει, quod tibi mala multa ſtruat. τοῖςδεσσι φόνον καὶ κῆρα φυτεύει, *i. e.* ἐπιμελῶς κατεργάζεται. *Od.* B. 165. πρὶν ἡμῖν πῆμα φυτεῦσαι, antequam is nobis malum ferat. *Od.* Δ. 668.

V. 341.

Ὀυ μὲν δή σε καταφθίσει, Non tamen te diſperdet.

Μάλα περ μενεαίνων, quanquam valde id cupiens irato animo.

V. 342.

Ἀλλὰ μάλ' ὧδ' ἔρξαι, Sed omnino ſic facere, *ſcil.* hortor te.

Δοκέεις δέ μοι οὐκ ἀπινύσσειν, non videris mihi ſtupidus aut imprudens eſſe. κῆρ ἀπινύσσων, non mentis compos, nihil ſentiens mente. *Il.* O. 10. & ponitur ibi de viro, deliquium animi paſſo, der ohnmächtig iſt.

V. 343.

Εἵματα ταῦτ' ἀποδὺς, Veſtes has tibi exuens.

V. 344.

Κάλλιπ', pro κάλλιπε, *idque* pro κατάλιπε, Relinque, permitte.

Χείρεσσι νέων, manibus natans & promovens te in mari. οἱ δ' ἀλαλήμενοι ἔννεον (pro ἔνεον, ob metrum) ἔνθα καὶ ἔνθα, *i. e.* ἐκολύμβων, natabant. *Il.* Φ. 11. & ſermo eſt de fugientibus & in flumen compulſis hoſtibus.

Ἐπιμαίεο νόστου Γαίης Φαιήκων,] *Quære, expete acceſſum terræ Phæacum*, ſeu *ad terram Phæacum*: non *reditum.* ERN. Tenta quærere reditum ex mari in terram. *i. e.* ζήτει, ἐπιθύμει, ἐπιμελοῦ. μάστιγι ἐπεμαίετο ἵππους. *i. e.* ἱμάστιζεν αὐτούς. *Il.* E. 748. μεγάλων δώρων ἐπεμαίετο θυμὸς, appetebat animus tuus magna dona. i. e. σὺ ζηλωτικῶς ἐπεθύμεις. *Il.* K. 401.

V. 345.

Ὅθι τοι μοῖρ' ἐστὶν ἀλύξαι, ubi tibi fatis conſtitutum eſt effugere omnes miſerias & pericula: davon zu kommen, allem Uebel zu entrinnen.

v. 346.

Τῆ, Accipe: da haſt du, da nimm. *Il.* Ξ. 219. Ψ. 618. Ω. 287.

Κρήδεμνον, *Od.* Α. 334. Γ. 392.

Τόδε κρήδεμνον ὑπὸ ϛέρνοιο τάνυσθαι, (pro ὑποτάνυσαι, aor. I. imper. Med.) hanc vittam ſub pectore ſubſterne tibi. *Il.* Α. 486. ὑπετάνυσαν ἕρματα μακρά, phalangas longas ſubjecerunt ſubductis in littus navibus: ne carina navis læderetur humore terræ.

v. 347.

Ἄμβροτον κρήδεμνον, vitta Deæ. ἄμβροτος, *Il.* Ε. 339.

Οὐδέν τοι παθέειν δέος, nullus metus tibi eſto, te paſſurum quid exitiale.

v. 348.

Ἐφάψεαι (fut. I. Med.) ἠπείροιο, tanges terram: ἐπὶ χέρσῳ ἔσῃ, du am feſten Lande ſeyn wirſt im ſchwimmen. Τρώεσσι δὲ κήδεα ἐφῆπται, Trojanis ærumnæ injunctæ ſunt. *Il.* Β. 15. ὀλέθρου πείρατ᾽ ἐφῆπται, interitus fines impoſiti ſunt. *Il.* Μ. 79.

v. 349.

Ἀποδυσάμενος, exuens tibi eam vittam, *vel* id cingulum.

Βαλέειν εἰς — πόντον, projice in — pontum.

v. 350.

Αὐτὸς δ᾽ ἀπὸ νόσφι τετράφθαι, tu autem te aliorſum averte. infin. pro imperat. wende dein Geſicht davon weg. ἔμπαλιν βλέπε, ſpecta in averſam ab eo partem.

v. 352.

Ἐς πόντον ἐδύσατο, ſub mare ſubiit. ὑπὸ πόντον ἐδύσατο. *Od.* Δ. 425. & 570.

v. 354.

Μερμήριξε, curis diſtinebatur.

Πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς, *v.* 171. *huj. Libri.*

v. 356.

Μή τις μοι ὑφαίνῃσιν (ὑφαίνῃ) δόλον ἄλλον, *ſcil.* δείδω, metuo, ne quis mihi ſtruat alium dolum.

v. 357.

Σχεδίης ἀποβῆναι, a rate diſcedere.

v. 358.

Πείσομ᾽, parebo.

Digitized by Google

V. 359.

Ὄθι μοι φάτο φύξιμον εἶναι, ubi mihi dicebat effugium eſſe. φύξιμον, neutrum abſolute poſitum vim ſubſtantivi habet. φύξιμος, η, ον, ubi ſuffugium eſt, & effugium reperitur. *pro* φεύξιμος.

V. 361.

Ὄφρ᾽ ἂν μέν κεν δούρατ᾽ ἐν ἁρμονίῃσιν ἀρήρῃ, Quouſque ligna & aſſeres firmiter cohærebunt inter ſe. Vide ad *v.* 248. *huj. Libri.*

V. 363.

Ἐπὴν δή μοι σχεδίην διὰ κῦμα τινάξῃ, quando mihi unda ratem prorſus disruperit: ganz in Stücken wird aufgelöſet haben. διατινάσσω, disturbo, disjicio, disrumpo.

V. 364.

Νήξομ᾽, Natabo. v. νήχω, *fut.* νήξω, nato. a νέω *vel* νάω, nato. *per paragogen.*

Ἐπεὶ οὐ μέν τι πάρα προνοῆσαι ἄμεινον, quandoquidem nihil melius ad prævidendum in promtu eſt: da nichts beſſers vorher zu ſehen und zu beſchlieſſen vorhanden iſt. πρὸ ὁ τοῦ ἐνόησεν, prius altero animadvertere ſolet alter, ὁ, *i. e.* ἕτερος, προενόησε τοῦ, *ſcil.* ἑτέρου. *Il.* K. 224. δόλον δ᾽ οὔτι προνόησαν. *Il.* Σ. 526.

V. 365.

Ἕως ὁ ταῦθ᾽ ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν, *Od.* Δ. 120.

V. 366.

Ὦρσε δ᾽ ἐπὶ, *v.* 109. *huj. Libri*, ἐπῶρσε.

V. 367.

Κῦμα κατηρεφὲς, fluctus non ſolum τὸ ὑψηλὸν, ſed & τὸ καλύπτον δίκην ὀρόφου, contegens, more cameræ. ἤτοι ἐοικὸς ὀρόφῳ, τὸ καλύψαν τήντε σχεδίαν, navigium, καὶ τὸν ἄνδρα, eine Gewölbe-förmige Welle. κατηρεφέας σηκοὺς, ſtabula pecorum concamerata. *Il.* Σ. 589.

Ἤλασε δ᾽ αὐτὸν, impulit autem eum. Vide ad *v.* 313. *huj. Libri.*

V. 368.

Ἄνεμος ζαὴς, *Il.* M. 157.

Ἠΐα, τὰ, *h. l.* paleæ.

Θημὼν, ῶνος, ὁ, acervus frumentorum aut ſeminum: etiam, quivis alius acervus rerum levium, *e. c.* palearum.

Τινάξῃ,

Digitized by Google

Τινάξῃ, disjicit, diſcutit.

v. 369.

Καρφαλέος, *Il.* N. 409.

Τὰ μὲν (ἤια καρφαλέα, ſtipulas) διεσκέδασ', disturbare & diſpergere ſolet. διασκεδάζω, diſpergo.

Ἄλλυδις ἄλλῃ, *v.* 71. *hujus Libri.*

v. 370.

Ὣς τῆς (*pro* οὕτως τῆς νηὸς) δούρατα μακρὰ διεσκέδασ', Sic ejus (navis) trabes, aſſeres longos diſſolvit & disjecit, διεσκόρπισε.

v. 371.

Ἀμφ' ἑνὶ δούρατι βαῖνε, er ſchritt über einen ſchwimmen den Balken, und nahm den zwiſchen die Beine. & hic ſignificatus hujus verbi omnium primus.

Κέληθ' ὡς ἵππον ἐλαύνων, quaſi equitaret: inſidebat malo, & pedibus eum promovebat per aquas, quaſi inſideret equo. ſic equitabat ille per undas.

Κέλης, ητος, ὁ, equus ad currendum cum ſeſſore ſuo adhiberi ſolitus; equus, cui ſeſſor inſidet, qui eum impellit ad currendum. ein Reit-Pferd. a κέλω, appello, promoveo cum hortatu & impetu. quod a κέλω, propr. ad currendum vel ſtrenue agendum hortor: τρέχειν ποιῶ.

v. 372.

Εἵματα δ' ἐξαπέδυνε, Veſtes omnes exuebat ſibi, nataturus. ἐξαποδύνω, & δύω, exuo prorſus.

v. 374.

Αὐτὸς δὲ πρηνὴς ἁλὶ κάππεσε, Ipſe autem pronus in mare procidit. πρηνὴς, *Il.* B. 414. κάππεσον, *Il.* A. 593.

Χεῖρε πετάσσας, expandens manus, ad natandum.

v. 375.

Νηχέμεναι (*pro* νήχειν) μεμαὼς, Natare conans.

v. 376.

Κινήσας δὲ κάρη] Vide ſupra ad *v.* 284. 285. Sed ibi erat *irati*, h. l. eſt *irridentis*: cui concutere caput bene convenit. Vid. *Matth. XXVII.* 39. ERN.

v. 377.

Ἀλόω κατὰ πόντον, erra per mare. ἀλόω eſt præſ. imperat. pro ἀλάου, contr. ἀλῶ, & diſtracto rurſus circumflexo per ο inſertum.

v. 378.

v. 378.

Ἐισόκεν (*Il.* B. 332.) ἀνθρώποισι διοτρεφέεσσι μιγείης, Donec hominibus nobilibus immiſcearis, donec ad homines Jovis alumnos venias. Neptunus ſic vocat Phæacum principes, quibus Ulyſſes erat interfuturus; & reſpicit vel characterem eorum moralem, vel peculiare præſidium Jovis, & præſtantiam terræ illius, abundantis omni genere donorum divinorum.

v. 379.

Ἀλλ' ὐδ' ὧς σε ἔολπα ὀνόσσεσθαι κακότητος, Sed ne ſic quidem opinor te vilipenſurum eſſe calamitatem tuam. quod facete quaſi dictum: ſed ne ſic quidem, ut ſpero, pœnitebit te mali, quaſi ſit parum. & genitivus eſt per Ellipſin ἕνεκα. notat ergo *h. l.* ἐξευτελίσαι τὴν κάκωσιν, non nimiam putare, ἐκφαυλίσαι, quaſi ſit parva. ὄυτις τοι τὸν μῦθον ὀνόσσεται, nemo tibi iſtam ſententiam reprehendet, vituperabit. *Il.* I. 55. νῦν δέ σευ ὠνοσάμην πάγχυ φρένας, nunc autem omnino pœnitet me pectoris tui, valde vitupero ſententiam tuam, omnino deſidero pectus tuum cordatum alias. *Il.* Ξ. 95. & P. 173. ἔνθα κεν ὐκέτι ἔργον ἀνὴρ ὀνόσαιτο μετελθὼν, tum vero nemo adveveniens & præſens vituperaret rem geſtam. *Il.* Δ. 539. ſic & *Il.* N. 127. P. 399. πομπὸν ὀνοσσάμενος, contemnens deductorem tuum. *Il.* Ω. 439.

v. 380.

Ἵμασεν καλλίτριχας ἵππυς, loro percuſſit pulcros jubis equos. ita *Il.* E. 589. Ζεὺς γαῖαν ἱμάσσει, Jupiter ferit terram fulminibus. *Il.* B. 782.

Καλλίτριχος, & καλλίθριξ, τριχος, *Od.* Γ. 475.

v. 381.

Ἀιγὰς] πόλιν τῆς Ἀχαΐας· Οἱ δὲ νῆσον πρὸ τῆς Ἐυβοίας, ἱερὰν Ποσειδῶνος. *Schol.*

v. 383.

Τῶν ἄλλων ἀνέμων κατέδησε κελεύθυς, aliorum ventorum vias obſtruxit; vias aliorum ventorum, & adventus eorum, alligavit quaſi, ne progredi poſſent.

v. 384.

Παύσασθαι δ' ἐκέλευσε καὶ ἐυνηθῆναι ἅπαντας, Ceſſareque juſſit & ad quietem deduci omnes (ventos.) er ließ alle Winde ſich legen.

Digitized by Google

v. 385.

Κραιπνὸν Βορέην, vehementem, rapidum Boream. κραιπνοῖσι ποσὶ πεποιθὼς, *Il.* Ζ. 505.

Πρὸ δὲ κύματ' ἔαξεν, *pro* προέαξεν, *i. e.* κύματα ab aliis ante ventis excitata fregit: vel potius, ante ſe actos: die er vor ſich hin jagte. v. προάγω, ante me frango: proactum frango.

v. 386.

Φιλήρετμος, remigandi & navigandi ſtudioſus. *Od.* Α. 181. Ἕως ὅγε Φαιήκεσσι — μιγείη, Ut ad Phæaces — perveniret.

v. 388.

Κῦμα πηγὸν, unda εὐτρεφὴς, τροφόεντα, εὐπαγὴς, eine ſtarke dicke Welle. πηγοὶ ἵπποι, equi validi & toroſi, εὐπαγεῖς καὶ στερεοὶ, ſtarke Pferde, die wohl bey Leibe ſind. *Il.* Ι. 124.

v. 389.

Πλάζετο, Jactabatur natans.

Πολλὰ δέ οἱ κραδίη προτιόσσετ' ὄλεθρον, ſæpe vero cor prævidebat & augurabatur ſibi mortem. ἦ σ' εὖ γιγνώσκων προτιόσσομαι, inquit moribundus Hector ad Achillem: certe, te probe noſcens, conſpicio animo: ich kenne dich, und kan dich mir völlig nach deiner Beſchaffenheit vorſtellen. ich kan mir das auch zum voraus vorſtellen, wie du es mit meinem Cörper machen wirſt. *Il.* Χ. 356. & hæc prævisio poſterior, quomodo Achilles corpus mortuum Hectoris tractaturus ſit, eſt maxime id, quod Hector in animo habet, & cujus cauſa monitum addit v. 358.

v. 390.

Ἐϋπλόκαμος, *h. l.* Epith. *Auroræ.* Alia *ejus* Epith. vide apud MORELL. *ſub v.* Ἠώς. ἐϋπλόκαμος Δημήτηρ, *v.* 125. *huj. Libri.*

Ὅτε δὴ τρίτον ἦμαρ — τέλεσ' ἠώς, ἡ Ἠὼς ut Dea μυθικῶς σωματικῶς intelligenda, cujus ἀποτέλεσμα (effectus, Würkung) eſt ἡ ἡμέρα, quam adducit. hat den dritten Tag hervor gebracht. τέλεσ' eſt pro ἐτέλεσε.

v. 391.

Γαλήνη, ης, ἡ, tranquillitas cœli & maris: Ruhe und Heiter-

Heiterkeit der Luſt und des Meers. Eſt a τὸ γάλα. hinc & λευκὴ dicitur, ſicut τὸ γάλα λευκόν.

v. 392.

Νηνεμία, ας, Jon. ίη, ης, Il. E. 523.

Γαλήνη ἔπλετο νηνεμίη, ſerenitas erat tranquilla. ex h l. apparere videtur, eſſe adjectivum: niſi eſt appoſitio. maſculinum tamen νηνέμιος eſt inauditum.

v. 393.

Ὀξὺ μάλα προϊδὼν, Acutum valde ante ſe ſvidens in longum, acute admodum proſpiciens: ut ergo ὀξυωπίαν attribuat Ulyſſi.

Μεγάλυ ὑπὸ κύματος ἀρθεὶς, magno a fluctu in altum levatus. ἀρθεὶς, Il. N. 63. de accipitre.

v. 394.

Ὡς δ' ὅταν ἀσπάσιος βίοτος παίδεσσι φανείη Πατρὸς, Ut autem cum jucunda incolumitas liberis apparet Patris: cum vita patris ex morbo gravi reſurgentis accepta & jucunda eſt liberis ejus. ἀσπασίη ἐπήλυθε νὺξ αὐτοῖς, Il. Θ. 488.

Φανείη] Quam jucundum eſt liberis, cum vident patri vitam ſervari, patrem convaleſcere: quam læti vident, vivere poſſe patrem. ERN. Vid. Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. p. 77. ſqq.

v. 395.

Ἐν νύσῳ κεῖται, in morbo decumbit.

Ος — κεῖται] Temporum ratio videtur poſtulare κεῖτο, pro ἔκειτο, (ut infra v. 456.) ut poſt ἔχεσι. Nec tamen neceſſarium eſt ſic corrigi. Nam vitæ ſpes certa eſſe poteſt, cum quis adhuc jacet, nondum recreatus nec receptis viribus. At ἔχεσι ad initia morbi referri poteſt. Ita κακότης erit morbus vigens, ἀκμάζων, cum adhuc periculum ſubeſt. Conf. v. 414. ubi eſt pro periculo. ERN.

v. 396.

Δηρὸν τηκόμενος, Paullatim contabeſcens. τὸ κλαίυσα τέτηκα, igitur flendo tabeſco, deßhalb weine ich mich ganz ab, diffluo lacrymis. Il. Γ. 176.

Στυγερὸς δέ οἱ ἔχεσι Δαίμων, gravis & mortem gelidam minitans & horrorem faciens ingruit contra eum Deus aliquis: eine fürchterliche Gottheit mishandelt ihn:

odio-

Digitized by Google

odioſum ei incubuit infortunium : ἐπεβάρησε. τίπτε σὸς υἱὸς ἐμὸν ῥόον ἔχραε κήδειν ; cur tuus filius, Vulcanus, meum fluentum adortus eſt infeſtare ? hat ſich drüber her gemacht zu beſchädigen, *Il.* Φ. 369.

Χραω, ingruo contra aliquem, adorior & invado aliquem violenter, ich falle hart an, mache mich über einen her, bin heftig wieder einen.

v. 397.

Ἀσπάσιον δ᾽ ἄρα τόν γε θεοὶ κακότητος ἔλυσαν. Cum gratulatione vero excipiendum eum (patrem) Dii ex malo liberarunt.

v. 398.

Ἀσπαστὸς, ἡ, ὸν, idem quod ἀσπάσιος.

Ὡς Ὀδυσῆ᾽ ἀσπαστὸν ἐείσατο γαῖα καὶ ὕλη, Sic dulce quid Ulyſſi viſum eſt terra & ſylva.

v. 399.

Νῆχε, *pro* ἔνηχε, Natabat.

Ἐπειγόμενος ποσὶν ἠπείρου ἐπιβῆναι, omni contentione; *ſcil.* ad id connitebatur vehementer, ut pedibus terram conſcendere poſſet : feſtinans, ut pedibus terram contingeret, Land zu betretten.

v. 400.

Ὅτε τόσσον ἀπῆν, ὅσσον τε γέγωνε βοήσας, Quum tantum abeſſet, per quantum ſpatium clamans audiri & intelligi poſſet. γεγωνέμεν ἀμφοτέρωσε, ad clamandum verſus utraque cornua caſtrorum ſic, ut audiri poſſit, *Il.* Θ. 223. ἀλλ᾽ οὔπως οἱ ἔην βώσαντι γεγωνεῖν, ſed non licebat ei clamanti ſic clamare, ut exaudiretur procul : nam ſtrepitus erat nimius pugnantium. *Il.* M. 337.

v. 401.

Δοῦπον ἄκουσε — θαλάσσης, fremitum audivit — undarum ad littus alliſarum. ὑδάτων δοῦπον, ſtrepitum aquarum de montibus decurrentium vi multa, *Il.* Δ. 455. ἰὼν ἐς δοῦπον ἀκόντων, iens in pugnam, *Il.* Υ. 451.

Δοῦπον ἄκουσε ποτὶ σπιλάδεσσι θαλάσσης, ſtrepitum maris audiebat ad ſaxa littoralia. νῆας ἔαξαν κύματα ποτὶ σπιλάδεσσιν, *Od.* Γ. 298.

v. 402.

Ῥόχθει (*pro* ἐρόχθει) γὰρ μέγα κῦμα ποτὶ ξερὸν ἠπείροιο, Strepebat enim magna unda ad ſiccum terræ.

Ῥοχθεῖν,

Ῥοχθέω, ſonum aſperum edo gutture, ich röchele. & verbum quoque ad ſonum illum inarticulatum factum; ſub ῥήσσω tamen pertinens. Ponitur & de fluctibus eliſis. Ῥόχθει κῦμα ποτὶ ξερὸν ἠπείροιο, Murmurabat fluctus ad littoralem tractum continentis.

Ξερὸς, ῦ, ὁ, & ξερὸν, ῦ, τὸ, idem quod χερὸς, ῦ, & χερὸν, ῦ, ſeries, cohærentia, propr. littoris: das feſte Geſtade. a χέω, habeo, cohæreo. Sed ξηρὸς, ρά, ρὸν eſt, ſiccus, aridus. a ξέω, rado: nam arida facile poſſunt radi & poliri.

v. 403.

Δεινὸν ἐρευγόμενον (κῦμα) Horrendum ructans quaſi (unda.) ἐρευγόμενοι φόνον αἵματος, de lupis: eructantes cruorem ſanguinis, & hoc facto inficientes aquam, ex qua biberunt. *Il.* Π. 162. ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω, ructante mari exteriore, *Il.* Ρ. 265. ubi ſermo eſt de oſtio fluvii rapidi, cujus influxus in mare, & contra luctans motus maris, ſonum aſperum facit. Dicitur ergo ὡς ἐπὶ ςόματος θαλάττης, tropice. ταῦρος ἤρυγεν, ex arteria dura ſonum edere ſolet taurus. *Il.* Υ. 403. 404.

Ἐρεύγω, ructo, eructo cum ſono duro. hinc Latinorum *rugire* factum. ipſum verbum eſt fictum ex ſono ructantium & vomentium. pertinet tamen ſub ῥάω. In genere exprimit ſonum durum e gutture emiſſum.

Εἴλυτο δὲ πάνθ' ἁλὸς ἄχνῃ, operta vero erant omnia maris aſpergine. vel, ſi legatur ἄχνη, operuit omnia maris aſpergo. αὐτὸν εἰλύσω ψαμάθοισιν, ipſum involvam arenis, *Il.* Φ. 318. 319. νεφέλῃ εἰλυμένος ὤμους, eingehüllet, umgeben, *Il.* Ε. 186. ἕζοντο εἰλυμένοι χαλκῷ, conſederunt tecti ære, *Il.* Σ. 522. αἵματι καὶ κονίαις ἐκ κεφαλῆς εἴλυτο ἐς πόδας, obtectus erat, *Il.* Π. 640. ἄλλα δὲ πάντα εἰλύαται, obtecta ſunt, *Il.* Μ. 286. βοέῃς εἰλυμένω ὤμους, clypeis tecti ambo humeros ſuos, *Il.* Ρ. 492.

Ἄχνη, *Il.* Δ. 426. Ε. 499.

V. 404.

Ὄχος, ου, ὁ, qui habet & tuetur aliquid, cubile tutum. ab ἔχω, habeo.

Λιμένες, νηῶν ὄχοι, portus, qui tueri poſſent & tuto recipere naves.

'Ἐπιωγὴ, ῆς, ἡ, locus, ubi quis a vento tegitur: τόπος ἀνέμου σκέπην ἔχων, ἔνθα πνοὴ ἄγνυται μὴ δυναμένη προϊέναι, Schutz vor dem gehenden Winde. ex ἐπὶ & ἰωχὴ, ῆς, quod ulteriorem progreſſum impedit.

Λιμένες, ἐπιωγαὶ, Buchten, die vor den Winden geſichert ſind.

V. 405.

'Ακτὴ, *v.* 82. *buj. Libri.*

'Ακταὶ προβλῆτες, littora ardua & dura, prominentia: rauhe Ufer, die ſteil und gefährlich ſind. προβλῆτι σκοπέλῳ, ſaxo ad mare ſito. *Il.* Β. 396.

Πάγος, ου, ὁ, ſaxum majus & eminens, eine Klippe.

V. 406.

Καὶ τότ' 'Οδυσσῆος λύτο γούνατα] Vide ad *v.* 297. *hujus Libri.*

V. 407.

'Οχθήσας, Vide ad *v.* 298. *buj. Libri.*

V. 408.

'Αελπὴς, ἐος, ὁ, ἡ, quod præter ſpem eſt. Et hoc adjectivum immediate a verbo ἀέλπω, deſpero, non credo, factum. Nam adjectiva ab ἡ ἐλπὶς formata, hoc modo fiunt: εὔελπις, δύσελπις, &c.

Γαῖαν ἀελπέα δῶκεν ἰδέσθαι Ζεὺς, terram, de qua deſperaveram jam, dedit mihi videre Deus.

V. 409.

Τόδε λαῖτμα διατμήξας ἐπέρησα, hoc vaſtum mare perſulcans nando tranſii. σχεδίης περάαν μέγα λαῖτμα θαλάσσης, *v.* 174. *buj. Libri.* ἔνθα διατμήξας, ibi poſtquam eos diſperſiſſet. *Il.* Φ. 3. Sic de navibus, *Od.* Γ. 291. τοὺς δ' ἄς βουλεύσαντε διέτμαγεν, diverſi abierunt, *Il.* Α. 531. ἄρνες ἐν ὄρεσι διέτμαγεν, agni in montibus diſperſi ſunt. *Il.* Π. 354.

V. 410.

"Εκβασις, εως, ἡ, egreſſus, exitus. ἔκβασις — ἁλὸς, locus, ubi nans ex mari exſcendere poſſit.

"Ουπη, *Il.* Ν. 191.

'Αλὸς — θύραζε, ex mari. ἐκ μηροῦ δόρυ ὦσε θύραζε, ex femore haſtam expulit foras. *Il.* Ε. 694. ubi medica manus adhibebatur vulnerato, & cui haſtæ ferrum inſidebat adhuc

Digitized by Google

adhuc in femore. τοῖς ἐξῆγε θύραζε, *Il.* Φ. 29. οἴκοιο — ἄλλο θύραζε, *Il.* Ω. 572.

V. 411.

Ἔκτοθεν, *Il.* H. 341.

V. 412.

Ῥόθιος, ια, ιον, ſtrepens, fremens, murmurans. accurrens, accidens. a ῥόθος, ου, ὁ, ſtrepitus, fremitus, raucum murmur, maxime undarum: das Rauſchen der Wellen, das Brauſen.

Βέβρυχεν ῥόθιον κῦμα, unda advoluta cum murmure ſtrepit. βέβρυχε κῦμα ποτὶ ῥόον, *Il.* P. 264. ubi ſermo eſt de oſtio fluminis, cui in mare influenti occurrit unda maris, & ſonum ex colliſione facit. βεβρυχὼς, *Il.* N. 393. de Heroë moriente ex vulnere, qui cum ſono & fremitu indignante moritur.

Λισσὴ δ' ἀναδέδρομε πέτρη, lævisque & ardua adſcenſu in altum eminet, *vel* ſurſum erecta eſt, *vel* in altum elata erat petra.

Λισσὸς, *Od.* Γ. 293.

Ἀναδρέμω, ſurſum vel retro curro. ἀνά τ' ἔδραμ' ὀπίσσω, currebat retro, *Il.* E. 599. *coll.* 600. ἀνεχάζετο, quod eſt idem. ἐγκέφαλος ἀνέδραμεν ἐξ ὠτειλῆς, cerebrum exſiliit ex vulnere, *Il.* P. 297. ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος, filius ſuccrevit ſimilis oleæ novellæ; ut notetur τὸ ταχὺ καὶ μέγα τῆς αὐξήσεως, *Il.* Σ. 56. σμώδιγγες ἀνέδραμον, vibices exortæ ſunt: es lieſen Schwielen auf, *Il.* Ψ. 717 *coll.* B. 267. ex ἀνὰ & δρέμω, circumverto me ad currendum vel fugiendum, curro. a τρέω, a quo & eſt τρέχω.

V. 413.

Ἀγχιβαθὴς, έος, ὁ, ἡ, quod prope profundum eſt: was nahe tief iſt. ἀγχιβαθὴς δὲ θάλασσα, mare ſtatim profundum: ὁ βαθὺς αἰγιαλὸς, καὶ μὴ λιμὴν ἢ αὐλὴ, ἀλλὰ ἄγχι βαθὺς ὢν, ὡς μὴ δύνασθαί τινα ἐν κινδύνοις πόδεσσι στῆναι ἀμφοτέροις καὶ σωθῆναι. ergo *h. l.* τὸ ἀγχιβαθὲς οὐκ ἐπαινετόν. ſed λιμὴν ἀγχιβαθὴς laudatur, portus qui ſatis altitudinis ſtatim ad oram ſuam habet.

Οὔπως ἐστὶ, non licet, impoſſibile eſt.

V. 414.

Ἐκφυγέειν κακότητα, effugere malum.

V. 415.

Λίθαξ, ακος, ὁ, ἡ, quod habet lapideos angulos & eminentias. λίθακι - πέτρῃ, i. e. πέτρῃ ἐχέσῃ προβολὰς ὀξείας πολλὰς, grandi ſaxo ex multis quaſi ſaxis compoſito; qualia πάγες ὀξέας dicimus.

V. 416.

Μελέη δέ μοι ἔσσεται ὁρμὴ, inefficax vero mihi erit conatus meus, fruſtranea mihi erit inceptio.

Μέλεος, *Il.* K. 480. ἐ σε χρὴ ἑςάναι μέλεον σὺν τεύχεσι, non te oportet nihil efficientem ſtare in armis. Ubi vides ſignificatum primum: te minantem quidem egregia, ſed nihil agentem. *Il.* Ψ. 795. ἐ μέν τοι μέλεος εἰρήσεται αἶνος, non a te ſine pretio dicta erit hæc laudatio mei. *Il.* Π. 336. ἤμβροτον ἀλλήλων, (aberrarunt a ſe invicem jaculando,) μέλεον δ' ἠκόντισαν ἄμφω. ubi neutrum eſt adverbialiter, & utraque phraſis eſt eadem: ſie ſchoſſen beyde fehl. *Il.* Φ. 473. μέλεον δέ οἱ εὖχος ἔδωκας; ubi μέλεον (neutrum adverbialiter) pertinet ad ἔδωκας: inaniter & nullo tuo contrario conatu concedis ei victoriam de te? laſſeſt ihme den Sieg umſonſt?

V. 417.

Εἰ δέ κ' ἔτι προτέρω παρανήξομαι, Si autem adhuc ulterius præter hanc regionem natabo ad aliam, hanc oram legens natando. παρανήχω, præternato. ex παρὰ & νήχω, nato.

V. 418.

Ἠϊόνας τε παραπλῆγας, λιμένας τε θαλάσσης, Littoraque depreſſa, *vel* quæ ex obliquo feriuntur a mari, portusque tranquilliores maris: einige Buchten, in welchen die Seitenufer nur geſtreifet werden von den vorbeygehenden Wellen, nicht aber geſchlagen werden. ergo παραπλὴξ hoc ſenſu eſt, quem præterit pulſus aliquis, nec directe ferit eum.

Παραπλὴξ, ῆγος, ὁ, ἡ, qui præter rationem percutit & ſollicitat chordam, in re Muſica: der falſch greifet im Inſtrument-ſpielen. & hinc in genere ſic dicitur ὁ ἀπαίδευτος καὶ παράμυσος, ἐξ ὁμοιότητος τῶν ἀτέχνως πληττομένων χορδῶν. Nam & Paſſive intelligitur hoc ſenſu, pulſus præter rationem & harmoniam factus. Sed in ſignifi-

ſignificatu primo & vero *Paſſivo* eſt, qui ex obliquo feritur & a latere, non a fronte.

V. 421.

Ἦ ἔτι μοι καὶ κῆτος ἐπισσεύῃ, Aut jam contra me etiam cetum concitet.

V. 423.

Οἶδα γὰρ, ὥς μοι ὀδώδυσαι — Ἐννοσίγαιος, Novi enim, quam me odio proſequatur — Neptunus. & hoc præteritum Paſſivum Deponentialiter poſitum, cum reduplicatione Attica primæ ſyllabæ, pro ὤδυσαι. Vide ad v. 340. *huj. Libri.*

V. 425.

Τρηχὺς, *Il.* B. 683.

Τρηχεῖαν ἐπ' ἀκτὴν, ad durum & petroſum littus.

V. 426.

Ἔνθ' ἀπὸ ῥινός τε δρύφθη. *pro* ἀπεδρύφθη, Ibi omnino deſtrictaque ei fuiſſet cutis: ad ſaxa aſpera. ἵνα μή μιν ἀποδρύφοι ἑλκυστάζων, ne ei cutem laceraret tractando, *Il.* Ψ. 187. & ſermo eſt de Hectore tracto.

Σύν τ' ὀστέ' ἀράχθη, *pro* συνηράχθη, confractaque fuiſſent ei omnia oſſa. συνήραξε δὲ ἄμυδις ὀστέα πάντα κεφαλῆς, confregit ſimul omnia oſſa capitis, *Il.* M. 384. συναράξω ὀστέα, *Il.* Ψ. 673.

V. 427.

Ἐπὶ φρεσὶ θῆκε, in mentem indidiſſet.

V. 428.

Ἐπεσσύμενος λάβε πέτρης, celeriter accedens prehendit ſaxum.

V. 429.

Τῆς (πέτρης) ἔχετο στενάχων, Huic (petræ) adhærebat gemens: hielte ſich feſt daran.

V. 430.

Καὶ τὸ μὲν (κῦμα) ὡς ὑπάλυξε, und dieſer Welle entkam er ſo.

Παλιῤῥόθιος, ου, ὁ, ἡ, retro ruens, παλίῤῥοος, refluus cum impetu cohærente. παλιῤῥόθιον κῦμα *h. l.* eſt, retro a terra refluens unda. ex πάλιν & ῥόθιος, v. 412. *huj. Libri.*

V. 431.

Ἐπεσσύμενον (κῦμα) advolvens ſe vehementer (fluctus.)

Digitized by Google

Τηλȣ͂ δέ μιν ἔμβαλε πόντῳ, procul rejecit eum in mare.

v. 432.

Ὡς δ' ὅτε πȣλύποδος.] Vide Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. *p.* 37. 38.

Πολυπȣς, οδος, ὁ. *Attice* πȣ́λυπος, polypus, *animal* ἀμφίβιον. præciſe eſt ὀκτάπȣς, octipes. Sed ponitur ſæpius numerus certus pro incerto.

Πȣλυποδος, θαλάμης ἐξελκομένοιο, polypi, extracti ex cubili ſuo. Parabola de eo explicat tantum τὸ ςερεὸν τῆς ἀντοχῆς, das feſte anhalten: nam, ſicut polypus firmiter tenet lapillos, quibus in cubili ſuo adhæſerat; ſic Ulyſſes firmiter tenuit petram.

Θαλάμη, ης, ἡ, locus *vel* fovea, ubi beſtia habitat.

v. 433.

Κοτυληδὼν, όνος, ἡ, *idem quod* κοτύλη, ης, cavitas, cavum. in ſpecie autem, contractio pedum beſtiæ.

Πȣλύποδος πρὸς κοτυληδονόφιν πυκιναὶ λάϊγγες ἔχονται, ad polypodis cavos & contractos pedes crebri lapilli adhæreſcunt.

Λάϊγξ, ϊγγος, ἡ, lapis parvus, lapillus reſpectu grandium. πυκιναὶ λάϊγγες, crebri calculi.

v. 434.

Θρασειάων ἀπὸ χειρῶν, von den dreiſt angreiffenden und arbeitenden Händen. Vide ad *Il.* Λ. 552. Ψ. 714.

v. 435.

Ῥινοὶ ἀπέδρυφθεν, *pro* ἀπεδρύφθησαν, Cutis lacerando detracta erat. ἔνθ' ἀπὸ ῥινός τε δρύφθη, *v.* 426. *huj. Libri.*

v. 436.

Ἔνθα κε δὴ δύςηνος ὑπὲρ μόρον ὤλετ' Ὀδυσσεὺς, da wäre dann freylich der arme Ulyſſes wider ſein ihm zugetheiltes Schickſal doch umgekommen. δύςηνον ὀδυρόμενον κατερύκει, miſerum lamentantem detinet. *Od.* Α. 55. Θεὸς κεῖνον δύςηνον ἀνόςιμον ἔθηκεν, Deus illum infelicem reditu domum privavit. *Od.* Δ. 182.

Ὑπὲρ μόρον ὤλετο, periiſſet, cum fato ſuo id ei nondum eſſet ſic deſtinatum. ὑπὲρ μόρον, præter fatum, contra quam attributum eſt & deſtinatum fatis. Sic de hominibus, ὑπὲρ μόρον, *Od.* Α. 34. quod repetitur emphatice de Ægiſtho, 35. i. e. ὑπὲρ τὴν μοῖραν. nam quædam accidunt

dunt ex fato divino : multa vero præter fatum culpa & errore hominum.

v. 437.

'Επιφροσύνη, ης, ἡ, prudens cura & cogitatio & advertentia animi.

'Ει μὴ ἐπιφροσύνην δῶκε 'Αθήνη, Niſi advertentiam indidiſſet animo ejus Minerva. *i. e.* niſi ipſe prudenter animadvertiſſet, quid eſſet cavendum & faciendum : eine in Achtnehmung und Vorſicht.

v. 438.

Κύματος ἐξαναδὺς, A fluctu emergens. ἁλὸς ἐξαναδῦσαι, ex mari emergentes. *Od.* Δ. 405.

Κύματα ἐρεύγεται ἠπειρόνδε, motus undarum ructant quaſi verſus littus, & ſubſiliunt cum ſono. δεινὸν ἐρευγόμενον κῦμα. *v.* 403. *huj. Libri.*

v. 439.

Νῆχε παρὲξ, Natabat prope, nec tamen nimis prope inſulam. παρὲξ ἐλθεῖν, *v.* 104. *huj. Libri.*

v. 440.

'Ηιόνας τε παραπλῆγας,] Vide ad *v.* 418. *huj. Libri.*

v. 441.

Ποταμοῖο κατὰ στόμα — Ἷξε νέων, ad fluvii oſtium — Venit natans. ἠϊόνος στόμα μακρὸν, littoris magnum & longum os, *Il.* Ξ. 36. quaſi littus eſſet ἔμψυχόν τι, & eſt locus, ubi mare ἀποπλύει (evomit) συνήθως ἄχνην. ποταμῶν στόματα, fluviorum oſtia, *Il.* M. 24 i. e. faciebat, ut fluvii retro currerent; & στόμα ibi eſt locus, ubi fluvius ſe exonerat in mare : δι' ὃ ἐκβάλλειν καὶ ἐρεύγεσθαι ποταμὸς εἰς θάλασσαν dicitur. Ab hac Metaphora vocis στόμα ſunt & τὰ στόμια ποταμῶν, & αἱ ἐκβολαὶ, & ἐρεύγεσθαι ποταμὺς εἰς θάλασσαν, eructare.

Καλλίῤῥοος, *Il.* B. 752.

v. 442.

Τῷ δή οἱ εἰσατο χῶρος ἄριστος, ibi ſane ei viſus eſt locus optimus.

v. 443.

Λεῖος πετράων (*pro* πετρῶν,) Lævis & liber a ſaxis : in oppoſito ad ἀκτὴν τραχεῖαν. αἴγειρος λείη, populus lævis,

Digitized by Google

in cujus cortice & trunco non ſunt nodi & rami, ſed in qua ſumma tantum rami ſunt. *Il* Δ. 484.

Σκέπας & σκέπη, *per Apocopen* ex σκέπασμα, ατος, τὸ, tegumentum. præſidium. Hinc hoc apocopatum nomen eſt indeclinabile.

Ἐπὶ σκέπας ἦν ανέμοιο, *pro* ἐπῆν, prope erat præſidium a vento: eine Bedeckung vor dem Winde. & precatur tali loco Ulyſſes, ne venti preces diſſiparent.

v. 444.

Ἔγνω δὲ προρέοντα, Cognovitque, viditque profluentem. i. e. ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν ῥέοντα.

v. 445.

Πολύλλιστον δέ σ' ἱκάνω] Vulgati habent πολύλιστος, vertuntque, *valde ſupplex autem ad te venio. Barneſius* autem ex Scholiis MS. *Aloyſii* edidit πολύλλιστον, redditque, *exoptatiſſimum enim ad te venio.* Quod & (ut opinor) rectius. Iſto enim ſenſu plane uſurpatur vox τρίλλιστος, *Il.* Θ. 488. — αὐτὰρ Ἀχαιοῖς Ἀσπασίη, τρίλλιστος ἐπήλυθε νὺξ ἐρεβεννή. Eodemque ſenſu vocem πολύλλιστος hoc in loco accepiſſe videntur Scholia vulgata, quæ exponunt πολυλιτάνευτος. CLARK. *Euſtathius* & alii veteres hanc lectionem vel agnoſcunt, vel commemorant. ERN.

Πολύλιστος, (& ob metrum πολύλλιστος,) ου, ὁ, ἡ, qui valde rogat & ſupplicat. πολύλλιστος δέ σε ἱκάνω, inquit Ulyſſes enatans ad Præſidem fluminis in inſula I. quam natando tandem attigerat. Alibi notat & Paſſive.

v. 446.

Φεύγων ἐκ πόντοιο Ποσειδάωνος ἐνιπάς, Qui effugi ex ponto minas Neptuni: ἐνιπὴ *h l.* in ſenſu duriſſimo; bin entgangen den Drohungen. αἰδεσθεὶς βασιλῆος ἐνιπὴν αἰδοίοιο, reveritus objurgationem lenem regis venerandi. *Il.* Δ. 402. κρατερὴν δ' ἀποθέσθαι ἐνιπὴν, *ſcil.* σὲ χρὴ, oportet te deponere potentem increpationem, *Il.* E. 492. nam refertur, ut oppoſitum, ad λίσσεσθαι. tu debes ſupplicare auxiliantibus tibi principibus, ut fortiter pugnent; non vero pro imperio inclamare eos, quaſi minus fortiter pugnent. Simul reſpicit oſtentationem & gloriationem, *v.* 473. μάλα πώς με καθίκεο θυμὸν ἐνιπῇ ἀργαλέῃ, valde ſane mihi tetigiſti animum gravi accuſatione & caſtigatione, *Il.* Ξ. 104.

v. 447.

Digitized by Google

V. 447.

Ἀιδοῖος *h. l.* Venerabilis:

V. 448.

Ἵκηται, ſupplex venit.

V. 447. 448.

Ἀιδοῖος μέν τ' ἐςὶ καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσιν,
Ἀνδρῶν ὅςις ἵκηται ἀλώμενος, —

Reverentia & commiſeratione dignus quidem eſt etiam immortalibus Diis,
Ex hominibus quicunque venit oberrans & jactatus caſibus.

L'expreſſion eſt hardie, mais pourtant vraye. Dieu reſpecte en quelque façon la miſere & l'affliction des gens de bien, car il ne les perd pas de vûë, & il les en délivre enfin. Quelqu'un a fort bien dit: *res eſt ſacra miſer.* „un malheureux eſt une choſe ſacrée.„ DAC.

V. 449.

Σόν τε ῥόον, σά τε γοῦναθ' ἱκάνω, Ad tuum fluentum, tuaque genua ſupplex accedo. τὰ σὰ γοῦναθ' ἱκανομαι. *Od.* Γ. 92. & Δ. 322.

V. 450.

Ἱκέτης δέ τοι εὔχομαι ἔιναι, ſupplicem enim tibi me eſſe profiteor. ἱκέταο — αἰδοίοιο. *Il.* Φ. 75.

V. 451.

Ὁ δ' αὐτίκα παῦσεν ἑὸν ῥόον, fluvius ſtatim compeſcuit & lene fecit fluentum ſuum: quietum & placidum fecit.

Ἔσχε δὲ κῦμα, & cohibebat fluctum, conſiſtere placidum fecit.

V. 452.

Πρόσθε δέ οἱ ποίησε γαλήνην, Et ante eum, *i. e.* in commodum ejus, fecit tranquillitatem undarum. γαλήνη, *v.* 391. *huj. Libri.*

V. 453.

Ἐς ποταμοῦ προχοὰς, Ad fluvii oſtia. Præſes fluvii hîc diſtinguitur ab aquis ſuis. ἐπὶ προχοῇσι ποταμοῖο, *Il.* Ρ. 263.

Ὁ δ' ἄρ ἄμφω γοῦνατ' ἔκαμψε, χεῖράς τε ςιβαρὰς, Ulyſſes, cum ex mari, in quo per aliquot dies nataverat, in littus exiret, ut membra ex diutina contentione redirent ad flexibilitatem ſuam, nec obrigeſcerent: ſimulque jacebat aliquamdiu, requieſcens.

Digitized by Google

v. 454.

Ἀλλ̀ γὰρ δέδμητο φίλον κῆρ, mari enim afflictum erat cor ejus, ipſe afflictus erat quod attinet cor. δέδμητο δὲ λαὸς ὑπ' αὐτῷ, domitus & ſubjectus erat populus ſub eo. *Od.* Γ. 304.

v. 455.

Ὤιδεε δὲ (κατὰ) χρόα πάντα, Tumebat enim toto corpore. v. οἰδέω, tumeo, ich bin geſchwollen. a particula οἰ, qua vel dolorem vel admirationem ſignificamus.

Κηκίω, largiter eo & venio. Eſt factum ex κίω, per reduplicationem.

Θάλασσα δὲ κήκιε (*pro* ἐκήκιε) πολλὴ Ἂν (*pro* ἀνὰ) ςόμα τε, ῥῖνάς τε, marina aqua autem multa ibat copioſe ex oreque, naribusque ejus: nataverat enim diu. lief ihm aus dem Munde und der Naſe.

v. 456.

Ἄπνευςος, ου, ὁ, ἡ, non ſpirans.

Ἄναυδος, ου, ὁ, ἡ, ſine loquela & voce humana. ſprachlos. qui nihil loquitur.

Ὁ δ' ἄπνευςος καὶ ἄναυδος Κεῖτ', ille vero ſine ſpiritu & loquela Jacebat. De Ulyſſe in extrema defatigatione aliquamdiu jacente.

v. 457.

Ὀλιγηπελέων, exanimis. *Il.* Ο. 24.

Κάματος δέ μιν αἰνὸς ἵκανεν, laſſitudo eum gravis ceperat.

v. 458.

Ὅτε δή ῥ' ἄμπνυτο, καὶ ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη, Quum jam reſpiraſſet, & in pectore animus rurſus collectus eſſet. ita *Il.* 475. ἀμπνύνθη, *Il.* Ε. 697.

v. 460.

Ἁλιμυρήεις, Epith. fluvii in mare cum ſtrepitu ſe effundentis, *Il.* Φ. 190.

Τὸ μὲν ἐς ποταμὸν — μεθῆκεν, id κρήδεμνον (vittam) in fluvium — immiſit, übergab es dem Strohme, ut in mare efferretur.

v. 462.

Ἐκ ποταμοῖο λιασθεὶς, ex & a fluvio ſecedens. ὑπαιθα δὲ τοῖο λιασθεὶς φεῦγ', ſubducens ſe ei & proripiens Fugiebat, *Il.* Φ. 255. λιάσθη Ἐς πνοιὰς ἀνέμων, celeriter ſubduxit

duxit ſe viſui in ventos. *i. e.* diſparuit Dea, quæ apparuerat Penelopæ, *Od.* Δ. 838.

v. 463.

Σχοῖνος, ου, ὁ & ἡ, juncus, Binſen.

Ὑποκλίνω, ſub flecto, depono.

Σχοίνῳ ὑπεκλίνθη, in juncis decubuit, proclinatus eſt; in junceto ſe reclinabat, adoraturus.

Κύσε δὲ ζείδωρον ἄρουραν, oſculatusque eſt almam terram.

Itinera ſuſcipiebantur implorato Deorum auxilio: & peregre abeuntes patriam ejusque Deos ſalutabant. *Ovid. Metam. XIII.* 420.

— — *dant oſcula terræ*
Troades, & patriæ fumantia tecta relinquunt.

Eo ritu loci Genio valedicentes. Et in quamcunque terram applicuerunt, ejus Genium & τοὺς ἐπιχωρίους Θεοὺς venerabantur. Sic Ulyſſes, cum evaſiſſet in Phæaciam:

— κύσε δὲ ζείδωρον ἄρουραν.

Et apud *Ovidium, Metam. Lib. III.* 24.

Cadmus agit grates, peregrinæque oſcula terræ
Figit: & ignotos montes, agrosque ſalutat,

cum in Bœotiam veniſſet. POTT. *Tom. II. p.* 355. vide etiam dicta ad *Od.* Δ. 522. nec non LOMEIERI *Dierum Genialium Dec. I. Diſſert. X. de Oſculis. p.* 346. *ſq.*

v. 465.

Τί νύ μοι μήκιστα γένηται;] Vide ad *v.* 299. *huj. Libri.*

v. 466.

Δυσκηδὴς, έος, ὁ, ἡ, male procurans. & Paſſive, male procuratus. *item*, ſollicitus, plenus laborum & curarum ærumnoſarum.

Εἰ — ἐν ποταμῷ δυσκηδέα νύκτα φυλάξω, *i. e.* τὴν δυσφύλακτον καὶ δυσφρόντιδα. in opp. τῆς ἀναπαυσίμου νυκτός. Si — ad *vel* apud fluvium (am Fluſſe) ſollicitam *per* noctem vigilavero, noctem egero.

v. 467.

Μὴ, *Timeo*, ne.

Ἄμυδις, ſimul, eodem tempore, conjunctis viribus.

Στίβη, ης, ἡ, pruina, der Reiffe.

Θῆλυς ἐέρση, ros fœcundus: ἡ θρεπτικὴ τῶν φυτῶν. & eſt ex metaphora ab animantibus, ubi fœmellæ nutriunt ubere

ubere ſuo recens nata. Ros enim nutrit quam maxime plantas & ſegetes noctu in regionibus calidis. vides igitur, hoc adjectivo in genere reſpici ad *uber* vel *mammam*, qua nutriuntur nata. ergo *h. l.* der ſäugende Thau, & perſonificatur quaſi, velut nutrix.

Ἐέρση, *Il.* Λ. 53. Ξ. 351. Ψ. 598.

v. 468.

Ὀλιγηπελία, ας, ἡ, infirmitas, paucum virium reliquum. ἐξ ὀλιγηπελίης, præ imbecillitate, languore.

Κεκαφηότα θυμὸν, fractum animo. ita *Il.* E. 698. πνοὴ Βορέω ἐζώγρει ἐπιπνείουσα κακῶς κεκαφηότα (*pro* κεκαφηκότα) θυμὸν, ſpiritus boreæ adflans recreabat male agentem animam. nam θυμὸς eſt ψυχὴ, ut ergo ſit *pro* κατὰ ψυχὴν, & κεκαφηὼς eſt δυσπνοήσας ὡς μικρῦ καὶ ἐκπνεῦσαι. Ejus oppoſitum eſt ἀμπνύνθη, 697. *i. e.* αὖθις ἀνέπνευσε, ἐπανῆλθεν εἰς τὸ πνεῖν. v. καφέω, ſpiro difficulter & quaſi animam agens. eſt verbum factum ex præt. κέκαφα, v. κάπω, (pro quo uſus dixit κάπτω,) aperio os ad captandum aërem; ſpiro cum aliquo niſu, & reſpiro.

Δαμάσῃ κεκαφηότα θυμὸν, conficiat afflictum animo. *vel* opprimat vitam jam demerſam ex imbecillitate virium.

v. 469.

Αὔρα, ας, *Jon.* αὔρη, ης, ἡ, aër leniter motus, ſpiratio aëris. gelind bewegte Luft. Scribitur & ἡ αὔρα. ab ἄω & αὔω.

Αὔρη δ' ἐκ ποταμῦ ψυχρὴ πνέει, die Luft wird kalt vom Strohme.

Ἠῶθι πρὸ, *adverbialiter*, ante auroram, vor Anbruch des Tages. ita *Il.* Λ. 50.

v. 470.

Ἐς κλιτὺν ἀναβὰς, in acclivitatem conſcendens: τὴν ὑψηλὴν πρόσβασιν τῦ ὄρυς. *Schol.* Vide ad *Il.* Π. 390.

Δάσκιος ὕλη, denſa ſylva, *Il.* O. 273.

v. 471.

Θάμνος, *Il.* Λ. 156. P. 677. X. 191.

Θάμνοις ἐν πυκινοῖσι καταδραθῶ, inter denſa arbuſta dormiero. præſ. ſubjunct. ſi obdormiam ibi: wenn ich da einſchlafe. v. καταδραθέω, indormio, obdormio.

Ἐι

Ἐι με μεθείη Ῥῖγος καὶ κάματος, ſi me relaxet Frigus & laſſitudo, ut in ſomnum delabar; ſi me reſolvat in ſomnum: ſi me ſinat dormire Frigus & defatigatio; nam nimia laſſitudo cum doloribus membrorum impedit ſæpe ſomnum.

V. 473.

Μὴ θήρεσσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γίνωμαι, ne feris captura & præda fiam. κάλλιπεν οἰωνοῖσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γενέσθαι. *Od.* Γ. 271.

V. 474.

Ὡς ἄρα οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι, Sic autem ei cogitanti videbatur ſatius eſſe. δοάζω, & ομαι, *Il.* N. 458.

V. 476.

Ἐν περιφαινομένῳ, *ſcil.* τόπῳ, in *loco* conſpicuo & elato. ex quo longe circa conſpici poteſt, ἐν περιόπτῳ τόπῳ. Hinc fit ὁ, ἡ περιφανὴς, circum conſpicuus. ὄρεος κορυφὴ ἕκαθεν περιφαινομένου, cacumen montis ex longinquo ſe clare oſtendentis, *Il.* N. 179.

Δοιοὺς δ' ἄρ' ὑπήλυθε θάμνους, duos autem deinde ſubiit frutices: ὑπέδυ, er kroch unter die Sträuche. frutices denſiſſimos, ventis non penetrabiles, non pluviis, non ſole; & ſermo eſt de Ulyſſe, qui enataverat, & cubile tutum per noctem in terra ignota quærebat. & hi θάμνοι tegebant ſtruem foliorum aridorum, quæ prioribus autumnis deciderant, ſic tamen, ut ea folia, ob denſitatem fruticis, nec pluviis putruiſſent, nec a ſole nimis aruiſſent, nec ventis disjecta eſſent. Hinc ea deſcriptio addita, ut pateret, commodum eum lectum feſſo fuiſſe: maxime cum vel tribus hominibus ſpatio ſuffeciſſet. — ὑπήλυθε γυῖα τρόμος ἕκαστον, tremor ſubiit quemque quod attinet artus, κατὰ γυῖα. das Zittern fuhr einem jeden in die Glieder. *Il.* Y. 44. ſic *Il.* H, 215.

V. 477.

Ἐξομόθεν, *adv.* ſimul & junctim ex eodem loco. δοιοὺς θάμνους, ἐξομόθεν πεφυῶτας, duo arbuſta, ex eodem loco junctim enata, zwey Geſträuche, die neben einander aufgewachſen waren. ὁμόθεν ἐκπεφυῶτας, *i. e.* φυέντας ἐκ γῆς.

φυλίη,

Φυλία, ας, ſpecies ἀγρίας ἐλαίας, ἐχέσης φύλλα ὅμοια μυῤῥίνῃ, eine Art von wildem Oehlbaum.

Δοιὰς θάμνες, ὁ μὲν φυλίης, ὁ δ' ἐλαίης, duo fruticeta, alterum oleaſtri, alterum oleæ. ἐλαία, *Il.* P. 53.

v. 478.

Διάω, & διάημι, perflo.

Μένος ἀνέμων ὑγρὸν (neutrum adverbialiter) ἀέντων, vis & robur ventorum cum multa pluvia ſpirantium. ἄημι, *Il.* I. 5. vide etiam ad *Od.* Γ. 176. & 183.

v. 479.

Ἠέλιος φαέθων, ſol clare lucens & ſplendens. *Il.* Λ. 734.

Οὐδέποτ' ἠέλιος — ἀκτῖσιν ἔβαλλεν, Neque unquam ſol — radiis feriebat. ἐοικότες ἀκτίνεσσιν ἠελίοιο, *Il.* K. 547. de equis, ob præſtantem eorum albedinem: ſimiles radiis ſolis.

v. 480.

Οὔτ' ὄμβρος περάασκε (*Jonica paragoge* pro ἐπέρα) διαμπερὲς, Nec imber penetrabat per illud arbuſtum penitus uſque ad terram.

Ὣς ἄρα πυκνοὶ ἀλλήλοισιν ἔφυν, adeo igitur denſa inter ſe invicem creverant *vel* nata erant.

v. 481.

Φῦμι, *idem quod* φύω, naſcor, creſco.

Ἐπαμοιβαδὶς, *adv.* unum ſuper & juxta aliud: einer in den andern. πυκνοὶ θάμνοι ἀλλήλοισιν ἔφυν ἐπαμοιβαδὶς, arbuſta denſa inter ſe creverant contigue, καὶ ἐπιπεπλεγμένοι ἀλλήλοις, in und neben einander gewachſen. & hoc adverbium oſtendit quoque propriam vim verbi.

v. 482.

Ἐπαμάω, colligo: ich raffe zuſammen.

Εὐνὴν ἐπαμήσατο (*pro* ἐπημήσατο) χερσὶ φίλῃσιν Εὐρεῖαν, cubile congeſſit manibus ſuis Latum. hîc maxime proprie poſita vox, συνῆγεν, συνέλεξεν. nam eſt: δραχὶ συνάγειν, curvata manu colligere & comprehendere, Hände voll zuſammen faſſen. ſic &: κόνιν ἐπαμᾶσθαι.

v. 483.

Φύλλων χύσις ἦλιθα πολλή,] *Schol.* interpretantur, ἀθρόως, δαψιλῶς, quibus conſentit *Etym. M.* in ἦλιθα πολλή. *Heſychius* eodem modo, addit tamen οἱ δὲ μάτην, quo ſenſu

Digitized by Google

ſenſu eſt apud *Callim.* in L. P. Mihi poſterius magis placet. nam ibi *temere*, caſu, erat magna copia foliorum, quæ ex arboribus defluxerant. ERN.

Χύσις, εως, ἡ, effuſio, effuſa multitudo.

Ἤλιθα. ληΐδα ἤλιθα πολλὴν, prædam valde multam, abunde. *Il.* Λ. 676.

v. 484.

Ὅσσον τ' ἠὲ δύω, ἠὲ τρεῖς ἄνδρεσς ἔρυσθαι, quod ſufficeret ad duos, vel tres viros tutandos & tegendos. *pro* ἐρύεσθαι, ad defendendos a frigore.

v. 485.

Ὥρῃ χειμερίῃ, Tempore hiberno. χειμέριος, *Il.* Β. 294.

Εἰ καὶ μάλα περ χαλεπαίνοι, *ſcil.* ὥρῃ χειμερίῃ, etſi vel maxime grave & durum ſit id, & quaſi irate agat adverſus homines. de hieme quaſi de ἐμψύχῳ.

v. 486.

Γηθέω, *Il.* Α. 255.

v. 487.

Ἐν — μέσσῃ (*ſcil.* χύσει φύλλων, *vel* εὐνῇ ἐκείνῃ) λέκτο, *i. e.* εὐνάσθη, componebat ſe dormitum. λέκτο δ' ἀριθμόν, recenſebatque numerum. *Od.* 451. ſed 453. ἔπειτα δὲ λέκτο καὶ αὐτός, deinde autem componebat & ipſe ſe dormitum. *coll.* 452. λέγε, recenſebat, numerabat.

Χύσιν δ' ἐπεχεύατο φύλλων, copiamque foliorum ſuper inſtravit ſibi cubanti.

v. 488.

Ὡς δ' ὅτε τις δαλὸν] Vide Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. *p.* 379. *ſqq.*

Ὅτε τις δαλὸν σποδιῇ ἐνέκρυψε, ſi quis torrem abſcondit cinere; ut ſequente die mane ignem ex eo accendere poſſit. ἐμβάλοι αἰθόμενον δαλὸν νήεσσι, injiciat ardentem torrem navibus, *Il.* Ν. 320.

Σποδιά, ᾶς, ἡ, cumulus *vel* acervus cineris.

Ἐγκρύπτω, occulo in —.

v. 489.

Ἀγρῦ ἐπ' ἐσχατιῆς, In remota parte agri: an dem einen Ende des Landes. νήσου ἐπ' ἐσχατιῆς, *v.* 238. *huj. Libri.*

Ὡι

Ὧι μὴ πάρα γείτονες ἄλλοι, cui non adſunt vicini alii. Sermo eſt de homine ruſticano, in villa habitante, ubi alii ruſticani longe ab eo diſſiti ſunt. γείτονες, ἠδὲ ἔται Μενελάου, die benachbarten Edlen und Freunde Menelai, *Od.* Δ. 16.

V. 490.

Σπέρμα, ατος, τὸ, ſemen: id, ex quo quid trahit originem.

Σπέρμα πυρὸς σώζων, conſervans ſcintillam ſub cinere. *coll.* 488.

Ἵνα μή ποθεν ἄλλοθεν αὔοι, ne ex alio loco ignem peteret.

V. 491.

Φύλλοισι καλύψατο] Notandus hic primarius & maxime proprius Vocis *Mediæ* Uſus: *Foliis ſe ipſe cooperuit.* Sic ſupra *v.* 487. χύσιν δ' ἐπεχεύατο φύλλων, *Foliorum acervum ſibi ipſe ingeſſit.* Similiter, τιμήσομαι, *honorabilem me præſtabo*; μισήσομαι, *odioſum me reddam*; κόψομαι, *cædam me ipſe*, &c. Vide infra ad Ι. 296. item ad *Il.* Γ. 141. CLARK.

V. 492.

Ὕπνον ἐπ' ὄμμασι χεῦ', Somnum in oculis fudit.

Ἵνα μιν παύσειε τάχιστα — καμάτοιο, ut eum recrearet citiſſime — a defatigatione.

V. 493.

Δυσπονής, έος, ὁ, ἡ, difficilis, moleſtus.

Ἵνα μιν παύσειε — δυσπονέος καμάτοιο, ut eum quieſcere faceret a difficili labore & defatigatione.

Φίλα βλέφαρ' ἀμφικαλύψας, i. e. κάλυμμα τοῖς ὀφθαλμοῖς τὰ βλέφαρα θέμενος, da er ſeine Augenlieder geſchloſſen. *coll.* 492.

IN Z. ODYSSEÆ.

V. 2.

Ὕπνῳ καὶ καμάτῳ ἀρημένος, Somno & laſſitudine confectus *ſeu* gravatus. κεῖται ἐνὶ μεγάροις ἀρημένος γήραϊ λυγρῷ, jacet domi confectus ſenectute miſera, *Il.* Σ. 435.

V. 4.

Ἐν εὐρυχόρῳ Ὑπερείῃ, in ſpatioſa Hyperea,] Inſulam vicinam Siciliæ littori orientali, aut Siciliæ partem. Quæ fuerit, incertum eſt. *Cluver.* Sicil. Ant. II. 16. Melitam inſulam fuiſſe diſputat. Vid. & *Quirini* Primordia Corcyræ. C. IV. ERN. Ἤλιδ' ἐς εὐρύχορον, *Od.* Δ. 635.

V. 5.

Ἀγχοῦ Κυκλώπων, ἀνδρῶν ὑπερηνορεόντων, Prope Cyclopas, viros ſupra omnes viros elatos ſtatura & viribus, & hinc vicinos prementes.] ὑπερεχόντων τῇ ἠνορέῃ, ὅ ἐστι τῇ ἀνδρείᾳ, καὶ διὰ τοῦτο ὑπερηφάνων. *Schol.*

V. 6.

Οἵ σφεας σινέσκοντο, Qui eos vexabant, & male habebant incurſionibus. *Jon.* pro ἐσίνοντο. Ergo iſti Κύκλωπες erant σίνται vel σίντιες, quæ eſt appellatio & λῃστῶν & κλεπτῶν. Αἰδὼς ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι, pudor viros multum labefactat & juvat; prout res eſt, cujus pudore afficitur vir. *Il.* Ω. 44. 45.

Βίηφι δὲ φέρτεροι ἦσαν, nam viribus erant ſuperiores. *h. l.* eſt ſimpliciter loco ſuperlativi, non vero cujus comparative.

V. 7.

Ἀναστήσας] ἀνακομίσας, ἀποικίαν στειλάμενος. *Schol.* CLARK. Eſt verbum proprium in traductione populorum ex uno loco in alium, coloniarum &c. *migrare juſſit, ſuaſit, ſublatis rebus ſuis.* ERN.

Ἔνθεν ἀναστήσας (αὐτοὺς) ἄγε Ναυσίθοος, de populo in aliam terram transducto. *i. e.* ἐπαναστήσας, μετοικίσας, cum ſurgere feciſſet eos ex illa terra, duxit eos aliorſum.

V. 8.

Σχερίῃ,] ἡ τῶν Φαιάκων πόλις. *Schol.* Corcyram intelligendam, multis locis *Homeri* perſpicuum eſt, ut Η. 8.

 ſeu

Digitized by Google

ſeu Θ. 3. ubi vid. *Euſtath.* inprimis Ξ. 314. *ſq.* Nec id impediunt loca, in quibus *Homerus* ita de Scheria loquitur, tanquam extra orbem, in oceano fuerit, qui ἐκτοπισμὸς *Euſtathio* dicitur, ut hoc ipſo in verſu, infra 204. &c. quæ a Poëta veritati hiſtoricæ addita ſunt poëtico more, delectandi cauſa, ut *Strabo* recte judicat. ERN.

Ἑκὰς ἀνδρῶν ἀλφηστάων, procul ab aliis hominibus. Nam Poëta ἐκτοπίζει hanc inſulam, & procul a reliquo orbe habitato eſſe ſitam fingit. Ζεὺς δίδωσιν ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν, ὅπως ἐθέλῃσιν ἑκάστῳ, Jupiter dat hominibus, cuique prout ipſi Jovi viſum eſt. *Od.* Α. 348. 349.

Ἀλφηστής, inventor. Sic Poëta in genere vocat *homines* διὰ τὴν περὶ τὰ πρακτέα εὑρετικὴν μέθοδον, καὶ τὴν κατὰ τέχνας καὶ ἐπιστήμας εὕρεσιν: ſoli enim inter animantia homines ſunt ἐφευρετικοὶ καὶ ἐπινοητικοὶ τεχνῶν τε καὶ μηχανῶν καὶ βουλευμάτων.

V. 9.

Ἀμφὶ δὲ τεῖχος] Duobus verſibus omnia complectitur, quæ urbem habitandam ſpectant. *Primum* muris cingitur, *deinde* domus continendis civibus ædificantur, *tertio* Deorum templa, tum *denique* dividuntur agri a civibus poſſidendi. Duo *priora* ſecuritatem & commoditatem ſpectant, duo *poſteriora* pietatem & juſtitiam diſtributivam. In hac poſtrema obſervamus Reſpublicas Homericas longe a *Socratis* alienas, quæ confuſam bonorum communionem admittunt. Homericis convenientem unam inſtituit *Plato*, *Lib. V. de Legibus*, ubi dicit: Νειμάσθων μὲν δὴ πρῶτον γῆν τε καὶ οἰκίας, καὶ μὴ κοινῇ γεωργούντων, i. e. *Primum igitur agros domosque partiantur, neque agros colant communiter.* SPOND.

Ἀμφὶ δὲ τεῖχος ἔλασσε (ἤλασε) πόλει, Ducebat vero murum circa urbem.

Ἐδείματο οἴκους, ædificavit domos.

V. 10.

Νηοὺς ποίησε θεῶν, templa fecit Deorum.

Ἐδάσσατ' ἀρούρας, diviſit agros inter ſuos.

V. 11.

Κηρὶ δαμεὶς Ἄϊδόσδε βεβήκει, a morte victus ad orcum ivit. ita *Od.* Γ. 410. *Il.* Π. 856.

V. 12.

V. 12.

Θεῶν ἄπο μήδεα εἰδώς, a Diis conſilia doctus.

V. 14.

Νόστον Ὀδυσσῆϊ — μητιόωσα, Reditum Ulyſſi — moliens.

V. 15.

Θάλαμον πολυδαίδαλον, thalamum multa arte factum. πολυδαίδαλος, *Il.* Γ. 358.

V. 16.

Ἀθανάτῃσι φυὴν καὶ εἶδος ὁμοίη, de Nauſicaa. Immortalibus ſtatura & vultu ſimilis. Vide ad *Od.* E. 211. *Il.* X. 370.

V. 18.

Ἀμφίπολοι, Χαρίτων ἄπο κάλλος ἔχουσαι, ancillæ, a Gratiis pulchritudinem habentes. *i. e.* καλαὶ λίαν, καὶ οὐ δουλοπρεπεῖς. πέπλον, ὅν οἱ Χάριτες κάμον αὐταὶ, quem ipſæ Gratiæ elaborarant ei, *i. e.* venuſtiſſimum. *Il.* E. 338. nam hæ ſunt ὀπαδοὶ καὶ ὑπουργοὶ τῆς Ἀφροδίτης, quæ & ipſæ ὑφαίνουσι, ex more priſcarum fœminarum & Dearum. *Heſiodus* numerum earum in tres coarctavit; ſed de hoc numero determinato *Homerus* longe antiquior nihil novit. κόμαι Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι, *i. e.* τοῖαι, οἵας ἔχοιεν αἱ Χάριτες, *Il.* P. 51.

V. 19.

Σταθμοῖιν ἑκάτερθε, ab utraque parte poſtium. σταθμοῖο παρὰ κληῖδα, juxta clauſtrum poſtis, ubi janua occluditur ſera. *Od.* Δ. 838.

Θύραι δ' ἐπέκειντο φαειναὶ, *i. e.* κεκλεισμέναι ἦσαν, fores vero clauſæ erant ſplendidæ. κρατερὴ δ' ἐπικείσετ' ἀνάγκη, dura neceſſitas & coactio incumbet tibi. *Il.* Z. 458.

V. 20.

Ἐπέσσυτο δέμνια κούρης, accedebat ſubito ad ſpondam puellæ, acceſſit ſubito ad lectum virginis.

V. 22.

Ναυσικλειτὸς, οῦ, ὁ, ἡ, navibus & navigandi peritia celeber.

V. 23.

Ἣ οἱ ὁμηλικίη μὲν ἔην, Quæ ei æqualis quidem erat. ὁμηλικίην ἐκέκαστο, *Od.* B. 158. ὁμηλικίη δ' ἐμοὶ αὐτῷ, eſt autem ejusdem atque ego ætatis, *Od.* Γ. 49.

Digitized by Google

Κιχάριςο δὲ θυμῷ, & grata facta erat animo ejus: ἐφιλᾶτο αὐτῇ.

V. 24.

Τῇ εἰσαμένη, Huic ſe aſſimilans, Minerva. ſic τῷ εἰσάμενος, huic ſe ſimilem faciens, *Il.* B. 22. τῇ εἰσαμένη Ἀφροδίτη, *Il.* Γ. 389.

V. 25.

Τί νύ σ' ὧδε μεθήμονα γείνατο μήτηρ; *i. e.* ἀμελῦσαν τῶν τῦ οἴκυ, quid te ſic negligentem peperit mater? μεθήμων, *Il.* B. 241.

V. 26.

Εἵματα μέν τοι κεῖται ἀκηδέα, Veſtes etenim jacent tibi incuratæ: die Kleidungsſtücke ligen, und es wird nicht für ſie von dir geſorget. ἰχθύες αἷμα ἀπολιχμήσονται ἀκηδέες, piſces tibi ſanguinem delambent, in fluvio jacenti mortuo, ἀφρόντιδες καὶ ἄφοβοι, ſecuri & audaces, *Il.* Φ. 123. αὐτοὶ δὲ (Θεοὶ) ἀκηδέες εἰσί, ipſi ſecurum agunt ævum, ſine ſollicitudine & labore, *Il.* Ω. 526.

Σιγαλόεις, *Od.* E. 86.

V. 27.

Σοὶ δὲ γάμος σχεδόν ἐςιν, Tibi vero nuptiæ inſtant.

Ἵνα χρὴ καλὰ μὲν αὐτὴν Ἕννυσθαι, ubi oportet pulchras quidem veſtes te ipſam Indui.

V. 28.

Τὰ δὲ τοῖσι παρασχεῖν, οἵ κέ σ' ἄγωνται, alia vero (munda veſtimenta) iis præbere, qui te ad nuptias deducent. inquit Minerva ad virginem nubilem, hortans eam, ut omnia veſtimenta lota recens ad manus habeat. ad quem locum notavit *Euſtathius*: Ἔθος γάρ, φασιν, ἦν, τὰς νύμφας τοῖς τῦ νυμφίυ ἐσθῆτας ἐν τῷ τῦ γάμυ καιρῷ χαρίζεσθαι. *Mos erat, ut dicunt, quod ſponſæ amicis ſponſi nuptiarum tempore veſtimenta dono dederint.* Conf. ALTMANNI *Melet. Philol.-Crit. Tom. I. de Veſte Nuptiali, in Matth. XXII.* 11-13. §. II.

V. 29.

Φάτις, ιος, ἡ, fama, rumor.

Ἐκ γάρ τοι τύτων φάτις ἀνθρώπυς ἀναβαίνει Ἐσθλή, Etenim ex his fama nobilis pervadit homines: *i. e.* ἀνὰ τὺς ἀνθρώπυς βαίνει, fama per ora virum vagatur.

V. 31.

Digitized by Google

V. 31.

'Αλλ' ἴομεν (*Jon.* pro ἴωμεν) πλυνέουσαι (pro πλυνοῦσαι, partic. futuri, diſtracto circumflexo,) Sed eamus lavaturæ. ὅθι εἵματα πλύνεσκον (*Jon.* pro ἔπλυνον) Τρώων ἄλοχοι καλαί τε θύγατρες, *Il.* X. 155.

Ἀμ' ἠοῖ φαινομένηφι, *Od.* Δ. 407.

V. 32.

Συνέριθος, ου, ὁ, ἡ, qui *vel* quæ lanificium ſimul exercet, ſocius *vel* ſocia in lanificio. 2.) ſocius in aliquo opere, ſocius laboris. ex σὺν & ἔριθος, *Il.* Σ. 550.

V. 33.

'Εντύνεαι, Expedias & appares omnia. pro ἐντύνεσαι, quod Attici contrahunt in ἐντύνῃ. δαῖτ' ἐντυνόμενοι, *Od.* Γ. 33.

V. 34.

Ἤδη γάρ σε μνῶνται ἀριστῆες κατὰ δῆμον, Jam enim te ambiunt & in memoria ſua infixam habent præſtantiſſimi & nobiliſſimi in civitate, *vel* principes populi. μνῶνται, *Od.* A. 248. ἀριστεὺς, *Il.* A. 227.

V. 35.

Ὅθι τοι γένος ἐστὶ καὶ αὐτῇ, ubi & tibi ipſi genus eſt. *i. e.* ex quibus & ipſa es.

V. 36.

'Επότρυνον πατέρα, patrem tuum roga & incita.

'Ηῶθι πρὸ, *Od.* E. 469.

V. 37.

'Ημιόνους καὶ ἄμαξαν ἐφοπλίσαι, mulos & currum apparare. ἡμίονος, *Od.* A. 636. ἄμαξα, *Od.* E. 273. ἐφοπλίζω, *Od.* B. 295.

V. 38.

Ζῶστρον, ου, τὸ, cingulum. τὰ πρὸς τὴν ζώνην ἐπιτήδεια, οἷς ἔστι ζώσασθαι.

'Ρήγεα σιγαλόεντα, pallia admirabilia.

V. 40.

Πολλὸν γὰρ ἄπο πλυνοί εἰσι πόληος, loca enim lavandi multum abſunt ab urbe. πλυνὸς, *Il.* X. 153.

Digitized by Google

V. 42.

Θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς, Deorum ſedes firma & tuta. ὁ δὲ ἔμπεδον ἀσφαλὲς αἰεὶ θρώσκων, ille enim ſaliens ſemper firmiter & ſine lapſu aut aberratione, *Il.* Ο. 683.

V. 43.

(Ὄυλυμπος) ὐκ ἀνέμοις τινάσσεται, (Olympus) non ventis perſtringitur, wird von Winden nicht beſtrichen und beunruhiget: venti eo ſe non intendunt.

Ὄυτε πότ' ὄμβρῳ δεύεται, neque unquam imbre Madidus fit. ὔτε πότ' ὄμβρος, infeſtat ſedem beatorum, *Od.* Δ. 566.

V. 44.

Ὄυτε χιὼν ἐπιπίλναται, neque nix eo pertingit. ὐ γὰρ ἐπ' ὔδει πίλναται, *pro* ἐπιπίλναται ὔδει, non tangit terram: *Il.* Τ. 93.

Ἄιθρη, *Il.* Ρ. 646.

V. 45.

Ἄιθρη πέπταται ἀννέφελος, ſerenitas cœli Expanſa eſt ſine ulla nube. πέπταται eſt pro πεπέταται, *per Sync.* a πετάω. fut. άσω. perf. Paſſ. πεπέταμαι.

Ἀνέφελος, ὐ, ὁ, ἡ, ſine nubibus: nicht bewolket.

Λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη, albusque ſuper inductus eſt ſplendor. De cœlo prorſus ſereno ceu ſede Deorum: purusque circumfuſus eſt ſplendor. ἐπιδρέμω, ſuper accurro, contra accurro.

V. 46.

Τῷ ἔνι (ἐν τῷ Ὀλύμπῳ) τέρπονται μάκαρες Θεοὶ ἤματα πάντα, In quo fruuntur oblectatione beati Dii diebus omnibus.

V. 47.

Ἐπεὶ διεπέφραδε κύρῃ, poſtquam virgini locuta eſt. v. διαφράζω, indico & narro clare. διεπέφραδε, *Il.* Σ. 9.

V. 48.

Ἡ μιν ἔγειρε Ναυσικάαν] μιν cum ſubſtantivo jungi, inſolens eſt. An ſcr. μὲν. ERN.

V. 49.

Ναυσικάαν εὔπεπλον, Nauſicaam venuſte veſtitam. εὔπεπλος. Epith. *bellarum mulierum.* Vide ad *Il.* Ε. 424.

Ἀφαρ

Ἄφαρ δ' ἀπεθαύμασ' ὄνειρον, ſie bewunderte alſobald den Traum. ἀποθαυμάζω, demiror.

v. 52.

Ἡ μὲν ἐπ' ἐσχάρῃ ἧστο, Illa quidem ad focum ſedebat. πῦρ μὲν ἐπ' ἐσχαρόφιν μέγα καίετο, *Od.* E. 59.

v. 53.

Ἠλάκατα, ων, τὰ, ſunt τὰ περὶ τὴν ἠλακάτην ἔρια, lanæ circa colum pendentes.

Ἠλάκατα στρωφᾶν, penſa verſare nendo. καλὰ μέγαρα στρωφᾶσθαι, *Il.* I. 459.

Ἁλιπόρφυρος, ε, ὁ, ἡ, marina purpura tinctus, von ächter Purpurfarbe. ab ἡ ἅλς, mare. & ἡ πορφύρα, concha illa marina. ſimul notatur color ſubnigricans. ἠλάκατα ἁλιπόρφυρα, penſa purpurea.

Ἠλάκατα στρωφῶσ' ἁλιπόρφυρα, lanas purpureas ad colum appenſas torquens, *i. e.* nens.

Τῷ δὲ θύραζε Ἐρχομένῳ, ei autem e domo Exeunti.

v. 54.

Ξύμβλητο, obvia fiebat. ὕπνῳ ξύμβλητο, ſomno occurrebat, *Il.* Ξ. 231. ξύμβληντο, obvii fiebant, *ibid.* 27.

Μετὰ, *h. l.* ad. βασιλῆας, principes.

v. 55.

Ἐς βελὴν, In ſenatum.

Ἵνα μιν κάλεον, quo eum vocabant. ἵνα notat *h. l.* motum ad locum: niſi malis de tempore intelligi, quando eum vocabant.

Φαίηκες ἀγανοί, Phæaces nobiles: nam cum plebe eorum nihil ei negotii fuit.

v. 57.

Πάππα φίλ', (*pro* φίλε,) Pater chare! inquit Nauſicaa ad patrem ſuum: quæ eſt allocutio ἀφελὴς, ſimplex & ingenua.

Οὐκ ἂν δή μοι ἐφοπλίσσειας ἀπήνην; an non ſane mihi inſtrueres currum? wolteſt du mir wohl nicht einen Wagen anſpannen laſſen?

Ἀπήνη, ης, ἡ, eſt pro ἀγήνη, ab ἄγω. notat idem quod ἡ ἅμαξα, vehiculum, plauſtrum: & trahitur ab

 equis

equis vel mulis. ἅρμα, τὸ, autem eſt ſolorum equorum. ἀπήνη ad onera portanda adhibetur. ἅρμα eſt hominum proficiſcentium aut pugnantium. Vid. ad *Il.* Ω. 275.

V. 58.

Ἐύκυκλος ἀπήνη, currus bene rotis inſtructus. ἀσπὶς ἐύκυκλος, clypeus bene rotundus, *Il.* E. 453.

V. 59.

Ἐς ποταμὸν πλυνέουσα, (*pro* πλυνοῦσα,) Ad fluvium lotura. Vide ad *v.* 31. *huj. Libri.*

Τά (εἵματα) μοι ῥερυπωμένα κεῖται, quæ (veſtes) mihi ſordidatæ jacent. Atticus diceret: ἐῤῥυπωμένα. V. ῥυπόω, ſum ſordidus & vilis.

V. 61.

Βουλὰς βουλεύειν, *Il.* K. 147.

V. 62.

Γεγάασιν, nati ſunt, *i. e.* exiſtunt. ita *Od.* E. 35.

V. 63.

Οἱ δύ' ὀπυίοντες, Quorum duo ſunt mariti, & habent uxores.

Τρεῖς δ' ἠΐθεοι θαλέθοντες, tres autem ſunt cœlibes juvenes florentes. ὅς οἱ ἔτι ἠΐθεος παίδων ἦν, qui ei adhuc cœlebs erat ex filiis, *Od.* Γ. 401.

Θαλέθω, *Il.* I. 463.

V. 64.

Νεόπλυτος, ου, ὁ, ἡ, recens lotus.

V. 65.

Ἐς χορὸν ἔρχεσθαι, Ire ad cœtum ſaltantium & canentium. De filiis regis Alcinoi. χορόν δε, *Il.* Γ. 393.] Car les jeux, les danſes & tous les plaiſirs, étoient l'unique occupation des Pheaciens, comme nous le verrons dans la ſuite. DAC.

Μέμηλεν, *Od.* E. 67.] C'étoit à la fille aînée de la maiſon d'avoir ſoin de toute cette ſorte de menage. EAD.

V. 66.

Αἴδετο, verebatur honorifice.

Θαλερὸν

Θαλερὸς γάμος, lætæ nuptiæ: nam tunc lætantur maxime homines.

Θαλερὸν γάμον ἐξονομῆναι, promiſſas ſibi nuptias indicare nomine. ἐξονομήνῃς, *Il.* Γ. 166.

v. 67.

Ὁ δὲ πάντα νόει, *pro* ἐνόει, ille vero omnia intelligebat, er merkte das alles wohl, und verſtuhnde, was ſie weiter ſagen wolle. μή μοι ταῦτα νόει (in imperat.) φρεσί, ne tu ſic ſentias & conſilium capias, ſey nicht ſo geſinnet. & μοὶ eleganter abundat in ſermone amici. *Il.* I. 596.

v. 68.

Οὔτε τοι ἡμιόνων φθονέω, Non invideo & denego tibi uſum mulorum. τί ἄρα φθονέεις, ἀοιδὸν τέρπειν ὅππῃ οἱ νόος ὄρνυται; cur igitur inique fers, cantorem oblectare nos, quomodocunque animus fert eum? warum ſieheſt du es ungern? biſt übel drauf zu ſprechen? *Od.* Α. 346. *ſq.*

v. 69.

Ἔρχευ, I eo, & quidem in curru.

v. 70.

Ὑπερτερίῃ ἀραρυῖαν, (ἀπήνην,) inſtructum ſuperpoſito rotis receptaculo firmo, (currum.)

Ὑπερτερία, ας, *Jon.* ίη, ης, ſuperior pars in curru, & eſt eadem quæ ἡ πείρινς. Nimirum axis cum rotis & temone eſt inferior pars currus: id quod ſuperjacet axi, facit ὑπερτερίαν, e. c. der Wagenkorb.

v. 72.

Ἀρ] *Proinde, ut juſſi erant —.*

Ἐκτὸς ἅμαξαν — Ὅπλεον, foris currum — Inſtruebant.

Εὔτροχος, bonis rotis inſtructus, bene currens rotis. Epith. *currus.* *Il.* Θ. 438.

Ἡμιόνειος, είη, ειον, ad mulum pertinens, mularis. *Il.* Ω. 189. & 268. ζυγὸν — ἡμιόνειον, jugum — mulorum.

v. 73.

Ὅπλεον (*Jon.* ſine augm.) ἅμαξαν, currum inſtruxerunt inſtrumentis debitis. v. ὁπλέω, inſtrumentis ſuis inſtruo & orno: ich rüſte mit dem gehörigen Geräthe aus.

Digitized by Google

equis vel mulis. ἄρμα, τὸ, autem eſt ſolorum equorum. ἀπήνη ad onera portanda adhibetur. ἄρμα eſt hominum proficiſcentium aut pugnantium. Vid. ad *Il.* Ω. 275.

v. 58.

Ἐΰκυκλος ἀπήνη, currus bene rotis inſtructus. ἀσπὶς ἐΰκυκλος, clypeus bene rotundus, *Il.* E. 453.

v. 59.

Ἐς ποταμὸν πλυνέουσα, (*pro* πλυνοῦσα,) Ad fluvium lotura. Vide ad *v.* 31. *huj. Libri.*

Τά (εἵματα) μοι ῥερυπωμένα κεῖται, quæ (veſtes) mihi ſordidatæ jacent. Atticus diceret: ἐῤῥυπωμένα. v. ῥυπόω, ſum ſordidus & vilis.

v. 61.

Βουλὰς βουλεύειν, *Il.* K. 147.

v. 62.

Γεγάασιν, nati ſunt, *i. e.* exiſtunt. ita *Od.* E. 35.

v. 63.

Οἱ δύ' ὀπυίοντες, Quorum duo ſunt mariti, & habent uxores.

Τρεῖς δ' ἠΐθεοι θαλέθοντες, tres autem ſunt cœlibes juvenes florentes. ὅς οἱ ἔτι ἠΐθεος παίδων ἦν, qui ei adhuc cœlebs erat ex filiis, *Od.* Γ. 401.

Θαλέθω, *Il.* I. 463.

v. 64.

Νεόπλυτος, ου, ὁ, ἡ, recens lotus.

v. 65.

Ἐς χορὸν ἔρχεσθαι, Ire ad cœtum ſaltantium & canentium. De filiis regis Alcinoi. χορόν δε, *Il.* Γ. 393.] Car les jeux, les danſes & tous les plaiſirs, étoient l'unique occupation des Pheaciens, comme nous le verrons dans la ſuite. DAC.

Μέμηλεν, *Od.* E. 67.] C'étoit à la fille aînée de la maiſon d'avoir ſoin de toute cette ſorte de menage. EAD.

v. 66.

Αἴδετο, verebatur honorifice.

Θαλερὸν

Θαλερὸς γάμος, lætæ nuptiæ: nam tunc lætantur maxime homines.

Θαλερὸν γάμον ἐξονομῆναι, promiſſas ſibi nuptias indicare nomine. ἐξονομήνῃς, *Il.* Γ. 166.

v. 67.

Ὁ δὲ πάντα νόει, *pro* ἐνόει, ille vero omnia intelligebat, er merkte das alles wohl, und verſtuhnde, was ſie weiter ſagen wolle. μή μοι ταῦτα νόει (in imperat.) φρεσὶ, ne tu ſic ſentias & conſilium capias, ſey nicht ſo geſinnet. & μοὶ eleganter abundat in ſermone amici. *Il.* I. 596.

v. 68.

Οὔτε τοι ἡμιόνων φθονέω, Non invideo & denego tibi uſum mulorum. τί ἄρα φθονέεις, ἀοιδὸν τέρπειν ὅππῃ οἱ νόος ὄρνυται; cur igitur inique fers, cantorem oblectare nos, quomodocunque animus fert eum? warum ſieheſt du es ungern? biſt übel drauf zu ſprechen? *Od.* A. 346. *ſq.*

v. 69.

Ἔρχευ, I eo, & quidem in curru.

v. 70.

Ὑπερτερίῃ ἀραρυῖαν, (ἀπήνην,) inſtructum ſuperpoſito rotis receptaculo firmo, (currum.)

Ὑπερτερία, ας, *Jon.* ίη, ης, ſuperior pars in curru, & eſt eadem quæ ἡ πείρινς. Nimirum axis cum rotis & temone eſt inferior pars currus: id quod ſuperjacet axi, facit ὑπερτερίαν, e. c. der Wagenkorb.

v. 72.

Ἀρ] *Proinde, ut juſſi erant* —.

Ἐκτὸς ἅμαξαν — Ὅπλεον, foris currum — Inſtruebant.

Εὔτροχος, bonis rotis inſtructus, bene currens rotis. Epith. *currus.* *Il.* Θ. 438.

Ἡμιόνειος, είη, ειον, ad mulum pertinens, mularis. *Il.* Ω. 189. & 268. ζυγὸν — ἡμιόνειον, jugum — mulorum.

v. 73.

Ὅπλεον (*Jon.* ſine augm.) ἅμαξαν, currum inſtruxerunt inſtrumentis debitis. v. ὁπλέω, inſtrumentis ſuis inſtruo & orno: ich rüſte mit dem gehörigen Geräthe aus.

Digitized by Google

Ἡμιόνυς θ' ὕπαγον, i. e. ὑπῆγον ὑπὸ ζυγόν. ὕπαγε (ὑπῆγε) Ζεὺς Ἕκτορα ἐκ βελέων, *Il.* Λ. 163. ὕπαγεν ἵππυς ζυγὸν, i. e. ὑπὸ τὸν ζυγὸν ἦγε, *Il.* Π. 148. ὕπαγον ζυγὸν, *Il.* Ω. 279.

v. 75.

Ἐυξέςῳ ἐπ' ἀπήνῃ, bene polito in curru. ἀσαμίνθυς ἐυξέςας, *Od.* Δ. 48.

v. 76.

Κίςη, ης, ἡ, ciſta, eine Kiſte, ein Kaſten. Apud Atticos in ſpecie eſt ἡ ἐδεσμαλοθήκη, corbis, in quo edulia portantur: ein Speiſe-Korbe. dicta eſt ab ἐγκεῖσθαί τι ἐν αὐτῇ. ergo a κέω, κεῖμαι.

Μενοεικέ' ἐδωδὴν, ſufficientem cibum. ἐδωδὴ notat hic ποικιλίαν ἄρτων, καὶ τοιύτων τινῶν, allerley gebakenes: nam differt ab ὄψοις, niſi ὄψα ſunt explicatio vocis ἐδωδή.

Μενοεικὴς, *Od.* E. 166. & 267.

v. 77.

Ὄψα, allerley gebratenes.

v. 78.

Ἀσκῷ ἐν αἰγείῳ, (οἶνον,) Utre in caprino. (vinum.) Vide ad *Od.* E. 265.

v. 79.

Λήκυθος, υ, ἡ, eſt ἀγγεῖον ἐλαιοδόχον, ampulla olearia. Eſt a τὸ, ἔλαιον κεύθειν, quaſi ἐλαιόκυθος. Idem vas dicebatur ἡ ὄλπη, ab ἔλαιον πεπᾶσθαι, i. e. κεκτῆσθαι. & fiebant iſta vaſa plerumque ex pretioſa materia.

Δῶκε δὲ χρυσείῃ ἐν ληκύθῳ ὑγρὸν ἔλαιον, Deditque regina filiæ ſuæ rus proficiſcenti oleum in aureo vaſculo.

v. 80.

Χυτλόω, ungo oleo poſt lavationem, inungo, perungo oleo. a χύτλον, υ, τὸ, unctio poſt lavationem, oleum quo loti in balneo ungebantur. quod a χεύω, fundo.

Εἵως χυτλώσαιτο σὺν ἀμφιπόλοισι, ut ungere ſe poſſet cum famulis. Nam re vera ἕως, *Jon.* & *Poët.* εἵως, ſæpe eſt pro ὡς, *ut.* ita *Od.* E. 386.

v. 81.

Ἡ δ' ἔλαβεν μάςιγα] Scr. ἔλαβε, ut alibi in hac ipſa forma reperitur in bonis libris. Ceterum Nauſicaam aurigantem

Digitized by Google

gantem pictura olim expreſſam ab artificibus tradunt Veteres. Loca collegit *Quirinus* in Primord. Corcyræ, p. 123. ERN.

Μάϛιξ, *Il.* Ε. 226.

Ἡνία σιγαλόεντα, habenæ adeo τεχνικῶς καὶ εἰς κάλλος εἰργασμένα, artificioſe & pulcre factæ, ut contra eas nemo dicere poſſit aliquid, ſed potius ſtet mutus, & cum ſilentio quaſi religioſo miretur eas. ita *Il.* Ε. 226.

V. 82.

Μάϛιξεν δ' ἐλάαν, Scutica percuſſit, ad agendum & concitandum, equos nimirum: ſcuticam adhibuit ad agendum alacriter equos currui junctos. ἐλάαν eſt pro ἐλάειν, *contr.* ἐλᾶν, diſtracto circumflexo per novum α. jota poteſt ſubſcribi, poteſt omitti. ita *Od.* Γ. 484. & 494. βῆ δ' ἐλάαν ἐπὶ κύματα, de Neptuno, cum veheretur curru ſuper mare, *Il.* Ν. 27. Vide etiam ad *Il.* Ψ. 334. V. ἐλάω, adigo, induco, ago, abigo, percutio.

Καναχὴ δ' ἦν ἡμιόνοιϊν, ſonitus autem erat currentium mulorum. πήληξ βαλλομένη (galea icta) καναχὴν ἔχε, *Il.* Π. 105.

V. 83.

Αἱ δ' ἄμοτον τανύοντο, muli trahentes currum extendebant ſe & contendebant, εὐτόνως ἐκινοῦντο, contentis viribus movebant ſe: ſie ſtreckten ihre Kräfte dran, griffen ſich an.

Ἄμοτος. Ἔρις, ἄμοτον μεμαυῖα, Diſcordia, indeſinenter, inexplebiliter cupiens contendere. *Il.* Δ. 440. Ἕκτορι ἄμοτον μεμαῶτες ἕποντο, cupidi ſic, ut ſtudio eorum addi nihil poſſet. *Il.* Ν. 40. Vide etiam ad *Il.* Τ. 300.

V. 86.

Πλυνοὶ, *v.* 40. *huj. Libri.*

Πλυνοὶ — ἐπηετανοὶ, loca ad lavandum perennia, ſemper durantia, ſemper bona & idonea: die ſich nie verſchlammeten oder zufielen. Antiquiſſimi vero ex aqua frigida lavabant veſtes ſuas. παρέχουσιν ἐπηετανὸν γάλα θῆσθαι, præbent perpetuum lac ad mulgendum, *Od.* Δ. 89. & ſermo eſt de ovibus in Libya.

V. 87.

Digitized by Google

v. 87.

Ὑπεκπροῥέω, ſub profluo.

Μάλα περ ῥυπόωντα (ſcil. ἕιματα) καθῆραι, ad veſtes valde ſordidatas purgandas, ad valde ſordida abluenda. ῥυπόωντα, pro ῥυπάοντα, contr. ῥυπῶντα, & diſtracto circumflexo per inſertum ο. v. ῥυπάω, ſum ſordidus & vilis. a ῥύπος, ου, ὁ, & ῥύπον, ου, τὸ, inquinatio, ſordes.

v. 88.

Ὑπεκπροέλυσαν ἀπήνης, ſolverunt a curru.

v. 89.

Σεῦαν (pro ἔσευσαν) παρὰ ποταμὸν, egerunt ad fluvium. Δινήεις, wirblend. Epith. fluvii alti. Il. Β. 877.

v. 90.

Τρώγω, comedo, voro. Nam maxime de brutis ponitur, ſicut ἐσθίειν proprie de hominibus.

Ἄγρωστις, ιος, ἡ, herbæ ſpecies, qua pecora libenter veſcuntur, quæ communiter dicitur ἡ ἀγρία: & eſt γλυκεῖα καὶ διουρητική.

Τρώγειν ἄγρωστιν μελιηδέα, ut veſcerentur gramine dulci. μελιηδὴς, Od. Γ. 46.

v. 91.

Ἐσφορέω, idem quod ἐισφέρω, infero, intro fero.

Ἐσφόρεον (pro ἐισεφόρεον) ὕδωρ, poteſt eſſe, ἔφερον τὰ ἕιματα εις ὕδωρ ἔσω τῶν πλυνῶν, ferebant veſtes in aquam, quæ erat in ſcrobibus & labris illis. Poteſt & eſſe, ἔφερον ὕδωρ ἐις τὺς πλυνὺς ἐκ τῦ ποταμῦ, ferebant aquam ex fluvio in ſcrobes: nam iſti πλυνοὶ erant βόθροι, in quibus non ſemper aqua, ſaltem pura. & hoc poſterius præſtare videtur.

Μέλαν ὕδωρ, ita Od. Δ. 359. Significat τὸ μέλαν etiam τὸ βαθύ: & quo purior ſimulque profundior eſt aqua, eo magis videtur nigricans.

v. 92.

Στεῖβον (pro ἔστειβον) δ' ἐν βόθροισι, de lavantibus veſtimenta: ἐπάτυν, ἔτριβον τοῖς ποσίν. ſie ſtaucheten das Zeug in Löchern der Erde, die voll Waſſer waren. collato 86. ἵπποι, στείβοντες νέκυάς τε καὶ ἀσπίδας, calcantes curſu

ſuo

ſuo cadavera & ſcuta jacentia, *Il.* Λ. 534. ϛοῖβον, *Il.* Υ. 499.

Βόθρος, *Il.* Ρ. 58.

Ἔριδα προφέρουσαι, æmulationem oſtendentes ancillæ, quænam poſſit aptius & ſtrenuius opus facere lavando veſtes.

V. 93.

Ἐπεὶ πλῦνάν (*pro* ἔπλυναν) τε κάθηράν (*pro* ἐκάθηράν) τε ῥύπα πάντα, poſtquam laverant & depurgaverant omnes ſordes de veſtibus. poſterius eſt explicatio prioris.

Ῥύπος, ου, ὁ, & ῥύπον, ου, τὸ, inquinatio, ſordes.

V. 94.

Ἑξείης πέτασαν παρὰ θῖν' ἁλὸς, Ordine expanderunt veſtes lotas in littore maris, ut ſiccarentur ſole.

Ἧχι, *Od.* Γ. 87. ubi & qua ratione: **wo und wie.**

V. 95.

Λάϊγξ, *Od.* Ε. 433. χέρσος, *Il.* Δ. 425.

Ἀποπλύνω, abluo veſtimentum: deinde in genere, abluo, lavo.

Ἧχι μάλιςα λάϊγγας ποτὶ χέρσον ἀποπλύνεσκε (*pro* ἀπέπλυνε) θάλασσα, ubi potiſſimum Lapides ad littus abluebat mare. Poëta hoc verbum de mari ponit, quaſi id faciebat lapidibus, quod fœminæ ſolent veſtibus.

V. 96.

Αἱ δὲ λοεσσάμεναι, cum hæ lavaſſent, *ſcil.* ipſæ ſe: **da ſie ſich im Fluß gebadet.**

Χρισσάμεναι λίπ' ἐλαίῳ, cum unxiſſent, *ſcil.* ipſæ ſe, pingui oleo.

V. 97.

Δεῖπνον — εἵλοντο, Prandium — ſumſerunt.

Παρ' ὄχθῃσιν ποταμοῖο, apud ripas fluvii. ὄχθη, *Il.* Γ. 187.

V. 98.

Εἵματα δ' ἠελίοιο μένον τερσήμεναι αὐγῇ, Veſtes autem exſpectabant, dum poſt lotionem ſplendore ſolis ſiccarentur. οὐδέ μοι αἷμα τερσῆναι δύναται, non poteſt mihi ſanguinis fluxus ſiſti, *Il.* Π. 519.

V. 99.

Digitized by Google

V. 99.

Ἐπεὶ σίτυ τάρφθεν, (*pro* ἐτάρφθησαν) poſtquam cibo delectatæ ſunt.

V. 100.

Σφαῖρα, ας, ἡ, pila, ein Ball.

Σφαίρῃ ταί τ' ἄρ' ἔπαιζον, regia *ſcil.* virgo cum ſuis puellis nobilibus : pilâ illæ igitur ludebant.

Ἄρ] *deinde.*

Ἀπὸ κρήδεμνα βαλῦσαι, deponentes redimicula capitis miniſtræ illæ virginis regiæ : ne iſta impedirent luſum, & ne fœdarentur.

V. 101.

Λευκώλενος, Epith. *Nauſicaæ.*

Τῇσι — ἤρχετο μολπῆς, Illis — præibat cantu & ſaltatione, & ancillæ ſuæ imitabantur eam.

V. 102.

Οἵη δ' Ἄρτεμις] Virgini Dianæ virginem Nauſicaam non inepte comparat : ſed præcipuus illius finis eſt ad Nauſicaæ ſupereminentiam (ut ita loquar) & proceritatem, qua ancillas ſuas excellebat, ſignificandam. Itaque tota vis comparationis in eo eſt verſu, Πασάων δ' ὑπὲρ ἥγε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα, (*v.* 107.) *Porro* locus iſte olim a Grammaticis commendatus eſt etiam ſupra *Virgilium*, qui illum æmulatus eſt. Vide *Gellium*, *Lib. IX. Cap. IX. Scaligerum*, qui pro *Virgilio* tanquam pro aris & focis pugnat, *Poëtices Lib. V.* qui & *Criticus* appellatur. SPOND.

V. 103.

Κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον, per montem illum Taygetum valde altum,] ὄρος τῆς Λακωνικῆς. *Schol.* περιμήκετος, *Il.* Ξ. 287.

Ἐρύμανθον,] ὄρος τῆς Ἀρκαδίας, καὶ ποταμός· ἔνθα ὁ Ἐρυμάνθιος κάπρος. ἐν τύτοις δὲ λέων ὐ γίνεται. *Schol.*

V. 104.

Τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείῃς (*pro* ὠκείαις) ἐλάφοισι. Oblectans ſe (Diana) apris & cervis velocibus venandis.

V. 106.

V. 106.

Ἀγρονόμος, ου, ὁ, ἡ, in agris verſans, in agro paſcens. ex ἀγρὸς & νομὸς, ου, ὁ, locus, ubi paſcuntur pecora.

Γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ, gaudet vero mente Latona, cernens Dianam egregiam.

V. 107.

Πασάων δ' ὕπερ ἥγε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα, de ſtatura Dianæ inter Nymphas ſuas eminentis: Supra omnes illa caput tollit & frontem, iſt eines ganzen Kopfes länger, als alle ihre Nymphen. *elle les ſurpaſſe toutes en majeſté & en belle taille,*] Le Grec dit qu'elle avoit au deſſus d'elles, κάρη ἠδὲ μέτωπα, c'eſt à dire les épaules en haut, comme l'Ecriture dit de Saül, *ab humero & ſurſum eminebat ſuper omnem populum.* 1. Rois IX. 2. Car c'eſt cette grande taille qui fait la majeſté, & c'eſt pourquoi les Peuples d'Orient la recherchoient ſur-tout pour leurs Rois. DAC.

V. 108.

Ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, Valdeque conſpicua eſt. ῥεῖα δ' ἀρίγνωτος γόνος ἀνέρος, nam facile valde cognoſcibilis eſt proles viri: eſt inſignis, *Od.* Δ. 207. ἀρίγνωτοι δὲ θεοί περ, nam Dii valde ſunt agnoſcibiles, *Il.* N. 72. ῥεῖα δ' ἀρίγνωτος Διὸς ἀνδράσι γίνεται ἀλκή, nam Jovis robur facile valde cognoſcibile eſt hominibus: auxilium divinum facile apparet, *Il.* O. 490.] Ἀριγνώτη *h. l.* & *v.* 300. eſt ſimpliciter *quæ agnoſci poteſt*, ſine vi τοῦ ἀρι, alias tautologia exiſteret: ut ἀρίδηλον interdum eſt nihil niſi φανερὸν, ut etiam Gloſſaria interpretantur. ERN.

V. 109.

Ὡς ἥγ' ἀμφιπόλοισι μετέπρεπε παρθένος, Sic illa inter ancillas excellebat & conſpicua erat virgo: ſicut luna plena inter ſtellas alias. ταῦρος βουσὶ μεταπρέπει, *Il.* B. 481. *coll.* 483. nam eſt & verbum ἐκπρέπω ejuſdem notionis. πτεῦσι μετέπρεπον ἡμετέροισι, *Il.* Λ. 719. ὃς πᾶσι μετέπρεπε Μυρμιδόνεσσιν ἔγχεϊ μάρνασθαι, hatte einen Vorzug, *Il.* Π. 194. Vide etiam ad *Il.* Π. 596.

Παρθένος ἀδμὴς, virgo indomita,] Male verſum: *virgo indomita.* Immo *intacta*, ſeu *innupta.* ERN. ἡμίονοι ἀδμῆτες, muli nondum exerciti ſub jugo, *Od.* Δ. 637.

V. 110.

Digitized by Google

V. 110.

Ἄῤ] *ut par erat.*

Ἔμελλε πάλιν οἰκόνδε νέεσθαι, erat domum reditura.

V. 111.

Πτύξασά τε εἵματα καλὰ, complicansque & componens veſtes lotas. ἡ μὲν τὸν πτύξασα καὶ ἀσκήσασα χιτῶνα, complicans & componens apte tunicam Telemachi, *Od.* Α. 439. ἔγχεα δ' ἐπτύσσοντο, haſtæ curvabant & quaſi duplicabant ſe, *Il.* Ν. 134.

V. 113.

Ὡς Ὀδυσεὺς ἔγροιτο, Ut Ulyſſes excitaretur e ſomno, & ſurgeret.

Εὐῶπις, ιδος, ἡ, formoſa, pulcro vultu & pulcris oculis prædita. ἴδοι τ' εὐώπιδα κούρην, de Nauſicaa, filia adoleſcentula regis Phæacum.

V. 114.

Ἥ οἱ — (πρὸς) πόλιν ἡγήσαιτο, Quæ ei — *ad* urbem dux eſſet.

V. 115.

Σφαῖραν ἔπειτ' ἔῤῥιψε μετ' ἀμφίπολον βασίλεια, die Prinzeßin warf den Ball nach ihrer Dienerin.

V. 116.

Ἀμφιπόλου μὲν ἄμαρτε, Miniſtram ſuam non contigit pila conjecta, ſie verfehlete dieſe aber. ἑκὼν δ' ἡμάρτανε φωτὸς, prudens aberravit a viro haſta ſua conjecta, volens eum non contigit; er traf ihn mit Fleiß nicht, *Il.* Κ. 372. οὔ τι φίλων ἡμάρτανε δώρων, nequaquam a gratis nobis donis disjunxit ſeſe. inquit Jupiter de Hectore religioſo & rerum divinarum ſtudioſo, *Il.* Ω. 68. τοῦ μὲν ἄμαρτε, ab eo aberravit, eum non attigit in jaculando, er traf ihn nicht, *Il.* Δ. 491.

Βαθείῃ δ' ἔμπεσε δίνῃ, und der Ball fiel ins tieffe Waſſer. profundum autem incidit in verticem fluminis.

V. 117.

Ἐπὶ μακρὸν ἄϋσαν, *pro* ἐπήϋσαν, inclamabant, ut longe & late ſonaret: ſie erhuben ein laut Geſchrey.

Ὁ δ'

Digitized by Google

Ὁ δ' ἔγρετο δῖος Ὀδυσσεύς, experrectus autem eſt nobilis Ulyſſes: und davon erwachete er. Hunc locum ab 112. ſqq. mirantur Antiqui, quod tam brevi narratione expergeſieri faciat Poëta Ulyſſem.

V. 119.

Τέων (*pro* τίνων) αὖτε βροτῶν ἐς γαῖαν ἱκάνω; quorum nunc iterum hominum in terram venio?

V. 120.

Ἦ ῥ' οἵγ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι; An ſunt illi inſolentes & feri, & non juſti & humani moris amantes?

V. 121.

Φιλόξενος, & φιλόξεινος, ου, ὁ, ἡ, qui hoſpites benigne tractat. φιλόξεινοι, hoſpitum amantes, & benigne habentes eos.

Θεουδής, έος, ὁ, ἡ, eſt contractum ex Θεοειδής, extruſo jota: hoc tamen diſcrimine, ut non ab εἶδος, ſed ab εἰδέω deſcendat, notetque eum, qui Deum novit, qui Dei memor eſt, qui Dei reverentiam ob oculos ponit, pius: non excluſa tamen ea notione, qua ſimilitudo moralis innuitur.

Ἠὲ φιλόξεινοι, καί σφιν νόος ἐστὶ θεουδής; An vero hoſpitales, & illis mens eſt Deum noſcens, & exemplo divino reſpondens? Divinum enim quam maxime eſt, bene facere indigis & opem rogantibus.

V. 122.

Κουράων ἀμφήλυθε με ἀϋτή, puellarum clamor circumit me. ἀμφιέρχομαι, circumeo.

Ἀμφήλυθε] Conſtabit hoc quidem in loco Temporum ratio, ſive vox ἀμφήλυθε ex *Perfecto* ἀμφήλυθα, ſive ex *Aoriſto* ἀμφήλυθον deducta intelligatur. Perinde enim eſt, ſive dicat *Ulyſſes*, clamorem aures ſibi *pulſare*; ſive *jamjam pulſaſſe*. CLARK.

Θῆλυς ἀϋτή] Ut θῆλυς ἐέρση. Ceterum non bene vertitur *fœmineus clamor*. Nam e modo clamoris judicabat eſſe fœmineum & virgineum. Verte: *mollis clamor*. ERN.

Digitized by Google

V. 123. 124.

Νυμφάων, αἳ ἔχουσ' ὀρέων αἰπεινὰ κάρηνα,
Καὶ πηγὰς ποταμῶν, καὶ πίσεα ποιήεντα.
Nympharum, quæ habitant montium alta cacumina,
Et fontes fluviorum, & prata irrigua herboſa.

V. 123.

Κάρηνον. κατ' Οὐλύμποιο καρήνων, *Il.* A. 44. ἵππων ξανθὰ κάρηνα, *i. e.* ἵπποι ξανθοί, *Il.* I. 407. βοῶν κάρηνα, *i. e.* βόες, *Il.* Ψ. 260. ſic & Germani, ein Haupt Vieh. πολίων κάρηνα, *Il.* B. 117.

Αἰπεινὸς, altus, arduus. *Il.* B. 573.

V. 124.

Πείσεα, *pro* πίσεα, a πῖσος, *Il.* Y. 9.

Ποιήεις, *Il.* B. 503. ποιήεντα Ἁλίαρτον, urbs optima paſcua habens. *Od.* Δ. 337. ἄγκεα ποιήεντα, valles herboſas. πίσεα ποιήεντα, prata graminoſa.

V. 125.

Ἦ νύ που ἀνθρώπων εἰμὶ σχεδὸν αὐδηέντων. Vides αὐδήεις commune *hominum* Epitheton, & eſt idem, ac ſi dicat: non erro in aliquo vaſto ac deſerto ſolo, ſed ſum in habitata ab hominibus terra. Vide ad *Od.* E. 334.

V. 127.

